auxilians gratia in operantem, et cooperantem: quae divisio recepta communiter constat ex omnium Theologorum sententia apud Patrem Suarez L. 3. de auxiliis C. 5°; in eiusque tamen vera intelligentia non est levis dissensio. Nam 1a sententia ait operantem gratiam esse illam, qua Deus operatur nobiscum 1um actum liberum supernaturalem; gratiam vero cooperantem esse, qua nobiscum operatur reliquos actus post illum 1um: ita cum Bellarmino, et aliis sentit Antonius Perez tractatu de gratia auxiliante D. 4a C. 7°. docet 2a sententia gratiam operantem esse, qua Deus operatur desiderium nostrum internum; cooperantem vero, qua perficit externum opus: ita insinuat Caietanus, et alii Thomistae apud Patrem Disalda D. 112 n. 40. docet 3a sententia hanc auxiliantis gratiae divisionem non esse distinctam a divisione posita n. 36; gratia enim operans est eadem cum excitante, et cooperans eadem cum adiuvante: ita docent et magno auctoritatis pondere omnium Doctores Suarez nuper citatus, Pater Baldelli L. 2. D. 265 C. 6°, Montoya [illegible] Disputatio 32 S. 1°, Ripalda cum aliis n. 12.

// Ultima sententia nobis semper arrisit [illegible]. 42

P.° q.° gra operans, et cooperans ad uniuscujusque quantlibet actus
salutaris: q.° illas priores quae non vere distinguunt internas, et etiam ac-
tus meritorios, aut internas et externas. ans patet ex Augustino
l.° de gra et libero arbitrio C. 17.° scribente de Deo: ut
velimus sine nobis operatur: cum autem volumus, et sic volumus ut
faciamus, nobiscum cooperatur: tn sine illo, l. operante ut velimus
l. cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nil valemus:
patet etiam ex dicto Arausicano cannone 9.°: quoties bona ope-
ramur, Deus in nobis, atque nobiscum ut operemur, operatur = 2.°:
nam tridentinus relatus n.° 39 et explicatus n.° 40, docet, nos co-
operari adiuvanti gratiae: q.° gra adiuvans est cooperans: implicat
enim, nos cum illa cooperari, quin ipsa cooperetur nobiscum. 3.°: q.° Triden-
tinus meminit tantum excitantis aut praevenientis et adiuvantis gratiae;
atqui Tridentinus nos docet auxilia gratiae necessaria ad salutem: q.° praeter
excitantem, aut praevenientem, et adiuvantem gratiam necessaria alia non est; et
ac proinde ad hanc reducuntur sunt operans, et cooperans gra:
quae ab Augustino, et PP. sub his nominibus explicantur: nunc
patet ex n.° 6.°, et 39.

43 Petes qua ratione Deus sit de operante,
aut excitante gra quod illa Deus operatur sine nobis: id est Augus-
tinus nunc, et alibi saepe inculcat. multa hic Aneonius
breviter + Petrus movet, quae minutius sequi non vacat. [illegible]
sine nobis potest quadrupliciter intelligi: 1.° sine nobis [illegible]
ducentibus gratiam excitantem: 2.°, sine nobis libere [illegible] ducentibus:
3.°, sine nobis merentibus illam gratiam: 4.° sine nobis prae-
parantibus requisita ad actum salutarem, l. habentibus sufficientiam ex
nobis ad illum. 1.° modo non nulli male intelligunt Augustinum;
sed deserunt communiter a Theologis: nam sicut [illegible] [illegible] per

et principia supernaturalia ad producendum fidei ipsum actum salutarem etc. et alias Originis scientiam supernaturalem ad producendum fidei gratiam excitantem maxime quando haec in actibus vitalibus constituitur ... quae est 4a ... Deus sine nobis operatur excitans gratiam, et reliqua supernaturalia concurrentia ad iustificationem, et beatitudinem, ut liquet a n. 4o.

Putant 1us et 3us ... producendi ... sine nobis ... in gratia excitante ad iustificationem, aut in gratia pure excitante. Et ... ex ... Trid. ... multa in homine bona fiunt, quae non facit hoc ... eadem doctrina tradit ... Augustino, et alii ... intelligenda est de motu gratiae excitantis, quem Deus facit sine merito, et cooperatione libera hominis, ut cum aliis docet ... disp. 107 n. 8o. Dixi dum gratia excitante ad iustificationem aut pure excitante: quia multotiens actus deliberatus, et meritorius unius virtutis excitant ... ad alium, ut actus fidei ad spem, et actus spei ad actus Charitatis: sunt autem actus isti etiam gratiae excitantis immediate; at quia non sunt excitantes ad iustificationem, neque sunt pure excitantes, non fiunt sine nobis liberi producentibus, et aliquando fiunt nobis merentibus (saltem de congruo) de quo videndus ... disp. 93 sect. 1a; ac proinde non fiunt sine nobis ... huius locutionis sensus. ±4

Dividi 3o solet auxilium gratiae in antecedens, et comitans, haec ita exponunt ... aliqui, ut dicant antecedens ... supernaturale ... se ... ex parte actus ... ante operationem salutarem; comitans vero supernaturalis Dei ... quo comitante ... liberae voluntatis ... ipsa salutaris operatio. Sed importuna videtur explicatio: quia ... non agimus de habituali, sed de actuali gratia auxiliante, ut ... ex n. 23: non igitur hic vocandi sunt ... gratiae ... habitus ... tenentes ex parte actus ... salutaris operationis ±5

Existimo itaque auxilium gratiae non distingui realiter ab excitante, neque concomitante ab adiuvante, sed sola appellatione: quod ut cum excitans gratia sit prior consensu voluntatis, dicitur auxilium, cum autem adiuvans gratia ut talis simul sit cum voluntatis actu consensu comitans appellatur.

46 Dividitur in praeveniens, et subsequens. Sed existimo praeveniens gratiae non distingui ab excitante, et subsequens esse eandem cum adiuvante. Ita sentiunt Bellar., Monto, et alii graves theologi relati a Rigal. disp. sol. n. 22, et Suarez lib. 3o de auxiliis cap. 3. Patet evidenter Tridentino sessio 6a cap. 5o, ubi cum docuisset, exordium iustificationis sumi a praeveniente gratia, subiungit, hoc est ab eius vocatione: vocatio autem excitans gratia est, ad quam subsequitur gratia adiuvans, ut exprimit Divus Gregorius homilia 9a in Ezechielem dicens de Deo: ipse aspirando nos praevenit, ut velimus, qui adiuvando subsequitur ne inaniter velimus, sed possimus implere quod volumus. Explicatur nam si sermo sit de gratia coexcitante, aut pure excitante, certum est illam esse praevenientem determinationem liberi arbitrii, adeoque esse gratiam adiuvantem actualem determinationem, ut contra Pelagium, et semipelagianos notavimus: quia gratia adiuvans actualem determinationem arbitrii consequens est. Si autem sermo sit de gratia intermedia excitante, quam indicavimus n. 44, certum etiam est antecedere, aut praevenire actum salutarem, ad quem excitat, ac proinde gratiam adiuvantem arbitrium ad eiusmodi actum consequentem esse excitantis.

47 Divisionem aliam obviantes gratiae ex doctrina Calvini obtrudere conatur Amicus lib. 5 de gratia Christi cap. 2o, dum distinguit aliam esse gratiam sanitatis aliam medicinalem: sanitatis inquit est illa, quam et Angelus et homo habuit ante peccatum, talisque esse, ut arbitrii libertatem ad consentiendum, et dissentiendum non impediat. Medicinalem vocat, quam

Deus hoĩ post peccatum imbuit, hec autem arbitrium renuitat, nullamq̃ ẽ libertatem ad discernendum relinquit expeditam. Sed gratiam istam vel dicinalem, aut moralem potius medicinam, tanquam arbitrii, et salutarium actuum vires, penitus relegandam esse ex n̂ 12, et sequentibus. Dile- 48

ma, sed cum celeberrima, auxilii divini divisio sit in gratiam sufficientem, et efficacem. Sufficiens ẽ ultra quam n̄ requirit alia gratia, sed ipsa constituit potentiam liberam absolutè potentem ad actum salutarem, quin det illi actum. Efficax ẽ, quæ dat actum, sivè sit per se efficacitatem suam, sivè per infallibilem connexionem extrinsecam, l. internam cum tali actu. Porro sufficiens gratia potest dupliciter accipi, vt positivè, et negativè. Gratia sufficiens positivè ẽ illa, quæ proximam tribuit facultatem ad opus salutare, præscindendo tamen ab ipsius exercitio, et n̄ exercitio, sufficientione, et n̄ sufficientione: et hac ratione auxilium sufficiens opponitur insufficienti, quod minime tribuit proximam facultatem operandi; siquidem proxima facultas ẽ sufficientia, sufficientia autem præstari nequit ab insufficienti. Gratia sufficiens negatiue, aut pure sufficiens ẽ illa, quæ sufficientiam præstat ad salutarem operationem, cuius cum negatione iungit; atque adeo denominatio sufficientis negatiua constituit per sufficientiam ad operationem, et operationis negationem: et hac ratione auxilium sufficiens opponitur efficaci, atque inefficax ẽ. Vnde constat, gratiam sufficientem positiue præscindere ab efficace, et inefficace, atque in vtramque subdiuidi.

Ex separatione sufficientis, et efficacis gratiæ exorta est celeberrima illa controuersia Theologos inter Dominicanam familiam, et societatis Iesu, quæ differentiam quærit sufficientiæ, et efficaciæ in auxilio Diuinæ gratiæ. videlicet, an entitati vel 49

lii

lii conquenientis sit penitus intrinseca efficatia, et infallibi lis connexio cum effectu; itaut per ipsam entitatem suam, seclusso quouis extrinseco, auxilium efficax distinguatur essentialiter a sufficienti; vel potius efficatia, et infallibilis connexio cum effectu non sit peni tus intrinseca entitati auxilii; ac proinde efficax, et suffici ens, aut etiam inefficax auxilium non distinguantur essentialiter per intrinsecas entitates suas? Hinc etiam suboriuntur Dissertatio du bia, quorum decisionem vltima nostra controuersia dabit.

## Disputatio 3.ª

### Vtrum actualis gratia auxilians sit vitalis, vel non vitalis?

50 Non de habituali, sed de actuali gratia auxiliante disputationem instruimus, ut notaui numero 23. De actuali ergo gratia prout est creatum illud Dei donum supernaturale, explicatum numero 24, querimus, an consistat in qualitate vi tali, vel non vitali? hoc est, an consistat in actu intellectus, et voluntatis, vel potius in emortuo alio accidenti diuinitus nobis infuso? Sed ante difficultatis decisionem notandum est, quod licet Authores frequenter in hac disputatione loquantur de pure excitante, aut praeueniente gratia, omissa adiuuan te; communis tamen est vtrique gratiae difficultas, si adiuuantem graciam videremus prout distintam a habituali, atque increata, et prout continetur sub definitione posita nume ro 24.

## Caput 1.º

### actualis gratia auxilians consistit de facto in actu intellectus.

51 Conclusio haec communis est Doctorum Societatis,

vt

ut Ripalda refert disp. 102 sectione 2.a, quibus externos multos adiungit, et ipse se. Ibidem etiam Roberto a S.o puncto 5 cum Suarez, Bazquez, Molina, Belarmino, Lesio, et Aliis. Probari quoque potest locis indicatis numero 5, 36, et 39, quibus plura addi possunt ex Diuina Scriptura, Conciliis, et Patribus explicantibus hoc auxilium per vocationem, illuminationem, illustrationem, tactum Cordis etc.a, quae sine actu intellectus intelligi non possunt. Plura Suarez, et Bazquez referunt, ne pauciora relinquit. Pauca nos ad obtentionem veritatis delibemus. Apostolus 2.a ad Corinthios cap. 4 scribit: ipse illuxit in Cordibus nostris ad illuminationem scientiae charitatis Dei. Rursus ad ephesios cap. 1: Deus det vobis spiritum sapientiae, et reuelationis, in agnitione eius; illuminatos oculos Cordis vestri etc.a Immo Christus ipse Ioanis cap. 6 ait: omnis, qui audiuit a Patre, et didicit, venit ad me. id, quod Augustinus optime exponit libro de gratia Christi cap. 14: Dominus dicit: omnis, qui audiuit a Patre meo, et didicit, venit ad me. sic aditus, ut non solum quid faciendum sit sciat; sed quod scierit, etiam faciat. Dibus etiam Thomas lectione 5 illud audire exponit de dono gratiae, siue de rebelatione interna, et didicit explicat de asensu libere prestito Diuinae vocationi, siue excitanti gratiae.

Docet eandem veritatem Milevitanum Concilium canone 4 dum statuit, per gratiam reuelari nobis intelligentiam mandatorum. Arausicanum etiam 2.m, Canone 7 exprimens, auxilium gratiae esse illuminationem Spiritus Sancti. Et Tridentinum sessione 6.a cap. 5 aserens, Cor hominis a Deo tangi per Spiritus Sancti illuminationem, dolo- 52

sent

cent Patres, praesertim Augustinus, qui passim eandem veri
tatem inculcat, clarissime libro 2° de bono perseverantiae cap.
2°: Non itaque in hominum, sed in Dei est potestate, ut habe
ant homines potestatem filii Dei fieri; ab ipso quippe acci
piunt eam, qui dat cordi humano cogitationes pias. Si
milia habet libro 2° de peccatorum meritis, et remissione cap.
19, libro de praedestinatione, et gratia cap. 9, libro de gestis
Pelagii cap. 3, libro de spiritu, et litera cap. 34, libro octo
ginta trium quaestionum quaestione 68. Suffragatur magistro
optimo optimus discipulus Divus Prosper libro 2° de voca
tione gentium cap. 28, et libro 3° Collatoris cap. 10. Fulgen
tius toto fere libro de incarnatione, et gratia. Bernardus
libro de gratia, et libero arbitrio. et Alii.

Probatur a ratione:

53 actualis gratia auxilians est Creatum donum supernaturale, gra
tis a Deo infusum interne hominibus adultis, quo transeunter iu
vantur ad actus sibi salutares positos supra naturales arbitrii vires:
sed huiusmodi sunt de facto multi actus intellectus: ergo sunt actua
lis gratia auxilians. Liquet consequentia: maior est definitio auxiliantis
gratiae, quam iuxta communes Theologorum sententias expositam posui
mus numero 29. minor negari nequit: quia sanctis cogita
tionibus iuvamur adulti ad actus alios nobis salutares exce
dentes naturalem arbitrii potestatem; et quibus iuvamur transe
unter, cum eiusmodi actus sint transeuntes, ut experientia demons
trat. Praeterea sancta cogitatio est Creatum donum supernatu
rale, gratis a Deo infusum: nam vel est prima vocatio, et tunc fit
in nobis sine nobis libere producentibus, aut merentibus; ac
proinde est donum Dei formaliter, et in se gratuitum: vel est intermedia

excitatio

excitatio ad aliam virtutis actum, et tunc etiam est Dei donum gratuitum radicaliter, sive in se, quam excitative, et cooperative producit; quin etiam ratione liberi arbitrii consenserati est specialiter gratuitus omnis actus supernaturalis, ut liquet a numero 27.

Rogat 54 aliquis, in quonam intellectus actu consistere possit actualis gratia auxilians? Ripalda disputatione 102 sectione 3, quem sequitur Ibicad citatus numero 51, docet apprehensionem, et discursum, iudicium etiam tam practicum, quam speculativum induere rationem auxiliantis gratiae, dummodo sint actus supernaturales. Sentio cum utroque; sed praemittendum omnino est, quod uterque omisit, videlicet, non quamlibet supernaturalem cognitionem gratis a Deo immissam posse gratiam esse auxiliantem. Etenim praeterea requiritur quod cognitio ista sit essentialiter inconnexa cum effectu, ad quem movet: si enim sit essentialiter connexa, qualis est visio Beatifica respectu amoris, et aliae cognitiones possibiles respectu aliorum effectuum voluntatis; libertatis exercitium impediet, ac proinde non movebit ad actus meritorios, et salutares, neque erit excitans gratia. Necesse itaque est quod cognitio exercens munus excitantis gratiae sit indifferens ad operationem, quam praeponit, et ad non operationem; ita ut licet provocet ad operationem, tamen cum non operatione possit componi.

Erat gratia 55 sententia nostra sese comprehendente apprehensionem, iudicium, et discursum. Nam quaelibet ex his cognitionibus esse potest donum supernaturale gratis a Deo infusum interne hominibus adultis, quo transeunter iuvent ad actus salutares ponendos supra naturales arbitrii vires: sed eo ipso quaelibet ex his cogni

tionibus

tionibus potest esse actualis gratia auxilians: ergo etc. minor, et loca constant. Maior probatur: quia nullus ex praedicatis positis in illa auxiliantis gratiae definitione repugnat cum apprehensione, iuditio, vel discursu: etenim quaelibet ex his cognitionibus potest esse supernaturalis, et nobis a Deo sine nobis infusa: praeterea quia cognitio est, debet interne afficere subiectum: Deinde cum sit de obiecto conducente ad aeternam salutem iuvare potest ad affectus salutares alliciendos circa eiusmodi obiectum: nihil ergo cognitionibus his deficit, quominus sint actualis gratia auxilians. omnes has intellectus operationes ad auxiliantem gratiam reducere videtur ex doctrina Augustini Divus Prosper libro 2 de vocatione Gentium cap. 9: gratia Dei inquit principaliter praeeminet suadendo exortationibus, movendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium etc. Apprehensio enim terrere potest periculis, et incitare miraculis: at exortationibus suadere est opus iuditii, et saepe discursus.

56 Addo, non solum practicam cognitionem, sed etiam speculativam habere posse rationem auxiliantis gratiae. Etenim non solum cognitio praescribens operationem ponendam, quae propterea dicitur practica; sed etiam cognitio speculans obiectum proportionatum salutari affectui, movere potest ad affectum, et operationem: sed eo ipso quod sic moveat, et habeat reliqua auxiliantis gratiae praedicata, gratia excitans est: ergo non solum cognitio practica, sed speculativa etiam potest esse gratia excitans, vel auxilians. maior vel ipsa experientia constat: interdum enim sentimus nos provocari, et allici ad similes virtutum actus, quando sanctorum virtutes, et exempla contemplamur,

quin

quia etiam si quid boni aliquando gessimus, illius memoria, aut speculativa recordatio stimulos nobis admovet ad non imparia facinora patranda. Confirmatur: nam cognitio speculativa circa obiectum operabile, etiam est virtualiter practica, et directiva: instruit enim speculatio ipsa sufficienter potentiam de operabilitate obiecti, ut in prohemio philosophiæ naturalis ostendi: sed cognitione virtualiter practica, et directiva, hoc est, sufficienter instruente potentiam de operabilitate obiecti, moveri potentia potest ad efficiendum: ergo etiam cognitio speculativa circa obiectum salutariter operabile movere potest. Antecedens maior, et minor constant: nam in ordine ad circulum perficiendum utrumque pertinaciter instruit hæc speculativa cognitio: circulus est ex cuius centro omnes lineæ ductæ ad periferiam sunt æquales: atque hæc practica: circulus debet habere æquales lineas omnes ductas e centro ad periferiam.

## Caput 3um

## Opposita argumenta repelluntur.

Recentiores Thomistæ, quibus 57
patrocinatur Magister Alvarez libro 2 responsionum cap. 8, licet doceant, illustrationes intentionales pertinere ad excitantem gratiam, ut docet ipse Alvarez disputatione 75 de auxiliis numero 6; negant tamen gratiam primam excitantem, quæ est exordium in linea supernaturali consistere in actu aliquo intellectus: sed affirmant consistere in qualitate non vitali transeunte, a solo Deo producta, quæ infusa animæ complet, et elevat potentiam ipsius naturalem ad producendas illustrationes, atque inspirationes indeliberatas; imo etiam ad producendos deliberatos, et meritorios actus, quando absunt habitus supernaturales elevantes potentiam naturalem ad

sed eiusmodi actus.

58 Arguit 2.o pro ea sententia adversus nostram. Actus vitalis non fit in nobis sine nobis: sed auxilium gratiae fit in nobis sine nobis, ut ex Augustino Ribalda, et Theologi loquuntur: ergo auxilium gratiae non est actus vitalis. maior probatur: quia actus vitalis debet fieri a sua potentia. Affirmari potest: nam ut dicitur ex n.o 9, Deus dicitur pulsare ianuam cordis auxilio praeveniente: sed pulsatio non fit ab ipsa ianua, neque ab homine, cuius pulsatur ianua, sed ab externo pulsante: ergo gratia praeveniens non fit a potentia vitali, neque ab homine, cuius potentia est, sed a solo Deo; ac proinde nequit esse actus intellectus.

59 Infirmi roboris argutus. nam 1.o negari potest maior: siquidem in Philosophia non est improbabilis opinio docens vitales actus non liberos posse ab extrinseco principio produci, et immitti potentiae habenti se mere passive; ac proinde recipienti denominationem cognoscentis, vel amantis non libere: possunt ergo motus indeliberati auxiliantis gratiae fieri in nobis sine nobis omnino concurrentibus; licet sint actus vitales. Praeter Philosophos ita opinantes tradunt eamdem doctrinam circa actus indeliberatos vitales, in quibus auxiliantem gratiam reponunt, Vega in Tridentinum libro 6 cap. 3.o, Capreolus, Marsilius, Ricardus, et Alii, quos Vega sequitur, et Ribalda reffert disp. 107 n.o 7.

60 Respondeo 2.o iuxta dicta num.o 43, et 44, concessa maiore, distinguendo minorem: auxilium gratiae fit in nobis sine nobis physice operantibus, nego: fit in nobis sine nobis libere, aut meritorie operantibus, subdistinguo: si sit

sit auxilium intermedium, non: si sit auxilium excitans, aut praeveniens totius seriei iustificationis, concedo minorem, et nego consequentiam. itaque licet auxilium sit excitans, et omnino praeveniens, non debet a solo Deo fieri sine nostro phisico concursu: neque eo precise quod fiat sine nostro libero concursu dicitur fieri sine nobis; si enim fit sine hominis libero concursu non est actio humana, atque adeo vere dicitur non esse hominis, et fieri sine homine. Sic Divus Paulus ad Romanos loquens de inordinatis motibus, omnino indeliberatis, quos excitat peccatum (idest, concupiscentia) proveniens ex originali peccato, ut exponit Tridentinum sessione 5.a canone 5.o) scribit: quod odi malum, hoc facio; postea autem explicans quo modo faceret subdit: non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. licet ergo motum concupiscentiae ipse homo phisice faciat; quia tamen non facit libere, dicitur non operari: ac proinde motus ille phisice factus ab homine, dicitur absolute sine homine fieri. Ad confirmationem nego consequentiam: nam licet pulsatio externa, et materialis non fiat phisice a pulsato sed a solo pulsante, quia non est vitalis pulsato; at pulsatio interna, et spiritualis, quae vitalis est ipsi pulsato, debet ab eodem fieri.

Arguitur 2.o. gratia auxilians est principium efficiens actus salutaris: sed nulla cognitio est principium efficiens alicuius actus: ergo nulla cognitio est gratia auxilians. minor patet: quia virtus cognitionis est precise illuminativa, et nullo modo operativa. 64

Distinguo maiorem: est principium phisice efficiens, nego: est principium phisice, vel moraliter efficiens, concedo maiorem. minorem etiam distinguo: nulla cognitio est principium phisice efficiens, omitto: nulla cognitio est principium efficiens saltem moraliter, nego minorem, et consequentiam. essentiale non est auxilianti gratiae, quod habeat

virtutem

virtutē phisice effectivā; sed sati ē habeat virtutē virtutē effectivam, vel phisice, vel moraliter: unde si actibus intellectus denegare velis virtutē phisice effectivā aliorum actuū, n̄ propterea teneris negare actū intellectus esse auxiliantē grām: q̄ talis actus habet virtutē moraliter effectivā aliorum actuū. Patet: nā virtus moraliter effectiva salvat in virtute invitativa, impulsiva, aut suasiva: sed virtutē invitativā, impulsivā, aut suasivam, habent cognitiones proponentes obiectū operabile: q̄ habent virtutē moraliter effectivā; ac proinde virtutē moraliter effectivā habent cognitiones, in quibus auxiliantē grām reponimus.

62 Arguit 3.º: Ad omnē actū supernaturalē intellectus nr̄iū ē internū auxiliū praecedens: s̄ ad internū auxiliū habendū n̄ ē nr̄iū internū aliud auxiliū; alioqui ad quodlibet auxiliū internū necessaria essent auxilia infinita praecedentia: q̄ nullus actus intellectus potest esse auxiliū internū. maior probat: nā ad omnē actū intellectus supernaturalem ipse intellectus ē pōa intrinsece improportionata, et incompleta: q̄ nr̄iū ē internū aliquod principiū supernaturale, quo auxiliante compleat, et proportionet intrinseca incompletio, et improportio intellectus.

63 Rn̄o, intellectū posse comparari cū cognitione supernaturali, vel quatenus supernaturali, vel quatenus vitali: si comparetur cū cognitione quatenus vitali, intellectus est proportionata, et completa pōa. Probatur: nā illa ē proportionata, et completa pōa in aliqua linea, quando in eadē linea n̄ indiget pōa alia complente, et proportionante: s̄ in linea vitali intellectus humanus n̄ indiget pōa alia vitali ad habendā cognitionē

tione supernaturale: ergo in linea vitali intellectus humanus est proportionata, et completa potentia ad habendam cognitionem supernaturalem; ac proinde si conferat intellectus cum supernaturali cognitione ut praecise vitali, intellectus est proportionata, et completa potentia. minor apud omnes sancta est: nam vel ipsi adversarii requirentes internum auxilium praecedens omnem supernaturalem cognitionem, solum addunt intellectui transeuntem qualitatem non vitalem: maior est evidens: quia potentia non indigens est sufficiens, et sufficiens requirit non esse completa, atque proportionata. si autem intellectus humanus conferatur cum cognitione supernaturali, quatenus supernaturali, intellectus est improportionata, et incompleta potentia. Patet: nam intellectus est potentia mere naturalis: sed potentia mere naturalis incompleta est, et improportionata ad effectum supernaturalem ut talem; siquidem ex suppositione supernaturalis iste effectus est supra vires potentiae mere naturalis: ergo intellectus sub ea consideratione est incompleta, et improportionata potentia.

Hinc colligo, 6A

quod intellectus ad cognitionem supernaturalem habendam non indiget comprincipio vitali, sed solum comprincipio supernaturali. ratio est manifesta: quia ad habendam cognitionem supernaturalem intellectus solum indiget comprincipio in ea linea, in qua ipse intellectus est incompleta, et improportionata potentia: sed solum in linea supernaturali intellectus est incompleta, et improportionata potentia; ut vidimus: ergo solum in linea supernaturali indiget comprincipio. colligo rursus, intellectum ad cognitionem supernaturalem habendam non indigere comprincipio interno, aut intrinseco sui. Probo: comprincipium non vitale non debet esse intrinsecum potentiae adiutae tali principio: sed ad habendam cognitionem supernaturalem indiget intellectus solo comprincipio non vitali: ergo non indiget

per principio intrinseco. Cona constat, et minor nuper expo
sita. Probo maiorem: nam principium vitale prout distinctum
per a non vitali debet esse intrinsecum operanti; siquidem vi
talis potentia prout distinguitur a non vitali est immanens, ut suppo
nunt omnes: ergo principium non vitale prout distinguitur a vitali non
debet esse intrinsecum. Patet consequentia: nam si principium non vitale
prout distinctum a vitali deberet esse intrinsecum, conveniret in
hoc predicato cum principio vitali; ac proinde prout distinc
tum ab illo non esset ab eodem distinctum: sed ergo principium
non vitale ex conceptu suo non debet esse intrinsecum potentiae adiutae per
ipsum, cur principium non vitale adiuvans, et elevans intellec
tum ad supernaturalem cognitionem habendam debeat esse in
trinsecum intellectui, non video: potest igitur esse extrinsecum
tale principium.

65 Colligo tandem perspicuam solutionem ar
gumenti positi num. 62. Nego maiorem: ad probationem distinguo
antecedens: ad omnem actum intellectus supernaturalem ipse intelec
tus est potentia intrinsece improportionata, et incompleta in
linea vitali, concedo: in linea non vitali, subdistinguo antecedens, in non complementum;
etenim in linea non vitali satis est, quod intellectus compleatur,
et proportionetur per extrinsecum principium; completur itaque,
et proportionatur sufficienter intellectus ad habendam su
pernaturalem cognitionem, quae sit auxilium excitans, et pre
veniens per omni potentiae supernaturalem concursum, concurrente
Deo immediate ad eiusmodi cognitionem sine interposito
alio principio intrinseco ipsi intellectui. Id, quod satis
indicant Tridentini, et Arausicani verba relata n. 60. 10
tum enim meminere Spiritus Sancti, et inspirationis ab eodem

immissae

immisse; non vero alicuius qualitatis emortuae immissae intrinsecus intellectui ad producendas eiusmodi inspirationes, et illustrationes. Dixi compleri sufficienter: nam alia quaestio est, utrum hic extrinsecus omnipotentiae concursus sit necessarius, ita ut cognitio supernaturalis excitans non possit aliquando produci ab habitu infuso sufficienter: quam Ripalda resolvit disp. 107, et 122; nosque etiam suo in loco indictius ferremus.

Arguit 66

4. contra doctrinam positam n. 55 circa apprehensionem. Apprehensio est imperfectior actu virtutis voluntario: sed gratia non est imperfectior actu, ad quem movet: ergo apprehensio non est gratia auxilians ad actus virtutis voluntarios. Resp. 1. distinguendo maiorem: apprehensio est imperfectior actu virtutis voluntario efficaci, concedo: inefficaci, nego maiorem. Apprehensio in intellectu comparatur cum actu inefficace voluntatis, aut simplici complacentia; et in hoc respectu non se excedunt, sed aequiparantur caeteris paribus: videlicet apprehensio dicatur non esse gratia auxilians ad actus efficaces voluntatis, quia est illo imperfectior; tamen potest esse gratia auxilians ad actus inefficaces, quo imperfectior non est. Resp. 2., omissa maiore, negando minorem: nam bellissimi adversarii ponunt gratiam auxiliantem in qualitate non vitali producente actus vitales intellectus, et voluntatis; at qualitas non vitalis est imperfectior vitali caeteris paribus, ut nemo negat: ergo non est contra rectius gratiae quod sit imperfectior suo effectu, seu actu, ad quem movet.

Contra 67

eandem doctrinam multa movebat Illmus Recentior huius provinciae Magister, quae staltioribus terminis ad duo capita possunt

reduci

vedui. 2ᵘᵐ: nulla aprehensio representat obiectum amabile potius, quam non amabile: sed ut voluntas moveat ad amorem, debet ipsi proponi obiectum amabile potius, quam non amabile: ergo nulla aprehensio movere potest voluntatem ad amorem; ac proinde nulla potest esse auxilians gratia. 3ᵘᵐ. si per aprehensionem bonitatis voluntas posset moveri ad amandum, amare posset sub iuditio negante bonitatem obiecti: sed amare non potest sub iuditio negante bonitatem obiecti: ergo neque moveri potest ad amandum per aprehensionem voluntatis. maior probatur: quia cum aprehensione voluntatis componibile est iuditium negans bonitatem obiecti: da quod de facto componi tale iuditium cum aprehensione bonitatis: tunc voluntas si per aprehensionem bonitatis moveatur ad amandum amabit sub iuditio negante bonitatem obiecti.

68 Ad 1ᵘᵐ resp. 1. negando maiorem: quia saepe contingit in aprehensione proponi solam bonitatem obiecti, et per distinctam aliam malitiam, aut difficultas: unde intellectus, perpensis utriusque aprehensionis fundamentis, formare solet iuditium de tali obiecto amando, aut non amando. 2. resp. omissa maiore, negando minorem: nam ut voluntas se libere determinet ad amorem, satis est, quod obiectum ipsi proponatur ut bonum; licet equaliter proponatur ut malum: tunc enim pro libertate sua inclinare se potest voluntas ad amorem potius, quam ad non amorem, ut in controversiis de anima exposui: non ergo requiritur, quod voluntati proponatur obiectum amabile potius quam non amabile, hoc est, pertrahens potius voluntatem ad amorem, quam ad carentiam amoris. Ad 2ᵘᵐ nego maiorem. Ad probationem resp., quod in ea hypotesi si iuditium negaret omnino

bonitatem

bonitatē obiecti, voluntas n̄ amaret. Rō est: q̄ cū iuditiū sit firmior adhesio intellectus ad obiectū, quā est mera aprehensio, iuditium omnino negans bonitatē obiecti retractat, et extinguit aprehensionē proponentē obiecti bonitatē; ac proinde in ea hypotesi aprehensio amitteret vim motibam voluntatis ad amorē.

— Arguit̄ rāne ɔtra doctrinā statutā 69
numero 56. si aliqua cognitio speculatiba esset grā auxilians, maxime cognitio representans bonitatē actus ponendi secundū legem Dei: sed talis cognitio n̄ est grā auxilians, quam admittere debent Chatholici: q̄ nulla cognitio speculatiba ē grā auxilians, quā admittere debent Chatholici. maior patet: q̄ illa cognitio inuitat, et prouocat ad salutariter operandū. minor ɔbat̄: nā Pelagius ɔcedebat grām auxiliantē, quā esset sciencia legis, et bonitatis sequendē, ut liquet ex numero 3; et ɔstat ex Augustini toto libro de grā Christi: nihilominus taxat̄ a eodem Augustino, aliisque Patribus, ut proditor verē grē Dei: q̄ etta.

— Rō Pela 70
gium n̄ aliā ɔcessisse necesariā notitiā Diuinē legis, et bonitatis sequendē, nisi mere naturalē; cognitionē videlicet habitā solis naturē viribus, et independentē ab interno beneficio Spiritus sancti eleuantis naturā ad superiorē ordinem. Chatholici ɔtra ɔcedimus necesarium esse internum aliud superioris ordinis auxiliū, quod eleganter explicat D. Fulgencius citatus numero 36, et satis ɔstat ex dictis, ɔstabit que amplius ex dicendis. Disquo itaque maiorē: maxime cognitio representans utcunque bonitatē actus etta, n̄o: maxime

cognitio

cognitio, cui competit definitio posita numero 29, siue cognitio habita non solis naturae viribus, sed per specialem spiritus sancti concursum, concedo maiorem; et nego minorem in eodem sensu.

## Caput 3um

Actualis gratia auxilians consistit etiam de facto in actu voluntatis.

71 Ad auxiliantem gratiam expectare etiam affectibus voluntatis motum, qui per aliquem voluntatis actum contingit, communis est Theologorum sententia, ut notat Suarez libro 3o de auxiliis capite 7o: solumque dissentio esse potest cum Thomistis indicatis numero 57, quatenus ipsi velint auxiliantem gratiam non consistere formaliter in eo affectu voluntatis. Sed dicendum est consistere formaliter, ut censent Authores relati numero 51. Probatur 1o: nam si affectio sancta voluntatis non esset formaliter gratia auxilians, non vocaretur formaliter gratia ab Ecclesiae Patribus, et Conciliis: atqui formaliter vocatur gratia: ergo est. maior patet: quia improprie in re tanti momenti loquerentur, si gratiam vocarent entitatem, quae gratia non est; constatautem improprie locutionem Conciliis, et Patribus attribuendam non esse, nisi quando ex proprietate forte sequeretur manifestum aliquod contra fidem, aut Theologiae communiter receptae, absurdum; quod minime viget in praesenti.

72 Minorem probat Milevitanum Concilium canone 4o docens, per gratiam revelari nobis intelligenciam mandatorum, darique simul scire quid agere debeamus, et dilligere, ut faciamus: ubi non minus dicit dari nobis per gratiam dilligere, quam scire: ergo sentit non minus esse gratiam in voluntate affectionem sanctam, quam in intellectu cognitionem. Preterea

Arausicanum

Arausicanum cap. 4. canone 7. statuit, auxilium gratiae esse illuminationem spiritus sancti, qui dat suavitatem in consentiendo: datiqui tur spiritus sanctus pro auxilio non minus suavitatem, quam illuminationem; cum tamen suavitas sit affectio volitiva potius. Tridentinum etiam sessione 6a cap. 5. illustrationem, et inspirationem ad voluntatem expectare, communis est Theologorum intelligentia.

Probant Patres, praesertim Augustinus relatus numero 39, ubi gratiae atribuit quod faciat innotescere quod latebat, et suave fieri, quod non delectabat. Quibus ~~[illegible]~~ non minus affectum voluntatis, quam intellectualem illustrationem declarat. Praeterea libro 1o ad Simplicianum quaestione 2a ait: cum ergo nos ea delectant, quibus proficiamus ad Deum, inspiratur hoc, et praebetur gratia Dei etc. et tractatu 26 in Ioanem: amore, et delectatione trahunt homines: id quod fuse ibi explicat. in aliis etiam libris contra Pelagianos scriptis passim auxilium gratiae appellat dellactationem, dilectionem, cupiditatem, aliisque nominibus significantibus affectum voluntatis. In eadem sententia sunt alii; dibus Prosper citatus numero 36, et libro contra Collatorem cap. 29, ubi explicans Christi illud, nisi Pater meus traxerit eum, multos trahendi modos enumerat, quorum alii ad intellectum, alii pertinent ad voluntatem; ibique inter plura subdit: trahit ad Deum contemplatio, trahit cognitio, trahit laeticia, trahit desiderium, trahit delectatio. Consentit Chrisostomus homilia 29 in Matheum: lex pondus est, gratia autem delectatio cordis. Consentiunt et alii, quos Ripalda congerit disputatione 163 sectione 1a. 73

Probatur 2o: nam sancta voluntatis affectio 74

potest

potest esse creatum donum supernaturale, gratis a Deo infusum inter ne hominibus adultis, quo transeunter iuventur ad actus sibi salutares positos supra naturales arbitrii vires: quod sancta voluntatis affectio potest esse similiter gratia auxilians: ut liquet tum ex numero 29. tum constat ex numero 53: sicut enim nullum auxiliantis gratiae praedicatum reperiri repugnat in cognitione, ita neque in voluntatis actu repugnat reperiri.

75 — Dices. per illustrationem intellectus dirigitur sufficienter voluntas ad amandum: ergo praeter illustrationem intellectus non datur affectio inclinans voluntatem ad salutarem amorem. Probari potest ex Tridentino sessione 6a cap. 5o ubi dicit: tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agit, inspirationem illam recipiens: ergo quam prius vocarat Concilium illuminationem, postea inspirationem vocat; atque adeo eadem est utroque nomine gratia significata.

76 — Distinguo antecedens: per illustrationem intellectus dirigitur sufficienter voluntas ad amandum, amore non salutari, omitto: amore salutari, subdistinguo antecedens: dirigitur sufficienter ad amandum amore salutari, in statu naturae lapsae, nego: in statu naturae integrae, omitto antecedens, et consequentiam. Omitto igitur per solam cognitionem bonitatis dirigi voluntatem sufficienter ad amorem non salutarem, hoc est non pertinentem ad supernaturales virtutes: quae quaestio est mere philosophica, utrum voluntas moveri possit ad amorem efficacem praecedente sola cognitione bonitatis obiectivae, et nulla praehabita complacentia circa eiusmodi bonitatem. Omitto praeterea in statu naturae integrae potuisse a voluntate elici amorem salutarem independentem

tem a praecedente affectione, vel complacentia circa tale obiectum, sed sola praelucente gratia intellectualis illustrationis: quod qui diceret non consentiret Pelagio, nam hic omnis penitus auxiliantis gratiae supernaturalis necessitatem denegabat. Non tamen in statu naturae lapsae requiri solam graciam intellectualem, siue supernam, et internam illustrationem intellectus; propterea enim necessaria est gracia affectiva, siue superna, et interna voluntatis affectio: nam per originale peccatum non solam ignoranciam contraximus pertinentem ad intellectum; sed multo magis imbecilitatem, et infirmitatem bene operandi pertinentem ad voluntatem, ut docet optime Divus Thomas 1ª 2ae secundae quaestione 109 articulo 2º ad 3um: quod sicut propter ignoranciam requirit in intellectu supernaturalis illustratio, ita propter infirmitatem, et difficultatem requirit in voluntate supernaturalis affectio.

Neque confirmatio ex Tridentino deducta probat non distingui illuminationem, et inspirationem: non enim solam. Etenim per priora illa verba, tangente Deo cor hominis, significatur gratia affectiva voluntatis, posita a Deo per ministerium gratiae illuminationis positae prius in intellectum: unde cum postea dicit, inspirationem illam recipiens, non fit relatio ad gratiam illuminativam, sed ad affectivam, quae significat frequenter nomine inspirationis, ut notavi numero 72. Huius explicationis fundamentum est: nam Tridentinum de more sacrae scripturae nomine cordis intelligit voluntatem: ergo cum dicit tactum cordis a Deo factum, intelligit tactum voluntatis. At voluntatis tactus fit per delectationem suavitatem, aut affectionem sanctam, ut vidimus: ergo quando Concilium loquitur de tactu cordis, aut voluntatis, sermo illi est 77

de hac

de hac delectatione, suavitate, aut affectione sancta. Haec autem affectio, quae inspiratio appellatur, terminat relationem, aut reflectionem postea factam iis verbis: inspirationem illam recipiens.

78 = Dices iterum: actus voluntatis nequit esse gratia praeveniens: sed hic disputamus de gratia auxiliante prout complectente gratiam praevenientem, ut liquet: ergo actus voluntatis nequit esse gratia auxilians, prout pertinet ad praesentem disputationem. maior probatur: nam ante omnem actum voluntatis datur gratia praeveniens illuminativa: ergo nullus actus voluntatis potest esse gratia praeveniens. Distinguo maiorem: actus voluntatis nequit esse gratia primo praeveniens, in omni linea, concedo: in sua, nego maiorem. itaque voluntatis actus potest esse gratia primo praeveniens in sua linea, quia potest esse primus actus, vel prima affectio in linea volendi; ceterum nequit esse gratia primo praeveniens in omni linea, quia saltem ordine naturae debet praesupponere priorem gratiam illuminativam.

## Caput 4.^{um}

in quo actu voluntatis consistere possit, aut non possit actualis gratia auxilians.

79 = Voluntatis actus alii sunt efficaces, alii inefficaces: et in utraque specie alii sunt deliberati, sive liberi; alii indeliberati, hoc est, non liberi defectu atentionis requisitae ad libertatem. Hoc tanquam in subiecto supposito, suppono iterum id, quod insinuavi numero 44 videlicet, gratiam excitantem esse aliam primo excitantem, et omni non praevenientem libertatis usum; aliam intermediam, sive pendentem a

libertatis

libertatis usu, ut amplius ex dicendis constabit.

Hic positis prima 80
sit resolutio. affectus voluntatis ineficax, et indeliberatus est gratia quae excitans, et preveniens, si reliqua auxiliantis graciae constitutiva habeat. Probatur: quia gracia primo excitans, et preveniens affectiva debet esse affectus voluntatis, neque libere habitus, neque impediens immediatam libertatem actus, ad quem movet. sed solus affectus ineficax, et indeliberatus est affectus voluntatis neque libere habitus, neque impediens immediatam libertatem actus, ad quem movet: ergo gracia primo excitans, et preveniens affectiva est affectus ineficax, et indeliberatus. Probatur maior: nam gracia quae excitans, et preveniens affectiva debet fieri in nobis sine nobis, non solum sufficientibus, sed etiam libere, et meritorie operantibus, ut contra Pelagianorum reliquias certum est, et liquet ex numero 20, et 44. debet igitur esse hic gratiae affectus non libere habitus. Rursus datur ad actus meritorios: ergo cum sit actus non liber, debet non impedire immediatam libertatem actus, ad quem movet; alioqui neque mediate, neque immediate libere evaderet talis actus, ac proinde nec meritorius. minor eiusdem silogismi patet: quia affectus absolute efficax infert nausio actum, ad quem movet, illiusque immediatam impedit libertatem: rursus affectus deliberatus est libere habitus: ergo solus affectus absolute ineficax, atque indeliberatus, est affectus neque libere habitus, neque impediens immediatam libertatem actus, ad quem movet.

Dixi si reliqua auxiliantis graciae constitu 81

tiva

tiva habeat: evidens enim est non sufficere indeliberationem, et carentiam libertatis, ut affectus ille evadat gratia primo excitans, si reliqua auxilianti gratiae constituta sepius explicata non habeat. potest autem omnia habere affectus inefficax, ut singula consideranti patebit: sive affectus inefficax versetur circa obiectum actus salutaris, sive immediate, et reflexe circa ipsum actum; siquidem utroque modo invitare potest, et allicere ad eius mediatum. idque aut per complacentiam in obiecto bono, aut per displicentiam in obiecto incompatibili, aut per laetitiam suamque lenientem operandi difficultatem, pluribusque aliis modis, ut inter alios Divus Prosper explicat contra Collatorem cap. 49: quis perspicere, aut enarrare possit, per quot affectus visitatio Dei animum ducat humanum, ut quae fugiebat, sequatur; quae oderat diligat; quae fastidiebat, esuriat: ac subito commutatione mirabili, quae clausa ei fuerant, sint aperta; quae onerosa, sint levia; quae amara, sint dulcia etc.

82 Sit 2a conclusio. gratia excitans nequit esse affectus indeliberatus absolutus, et efficax. ostenditur ratione insinuata numero 80. nam affectus indeliberatus absolutus, et efficax neque mediatam, neque immediatam libertatem permittit actui, ad quem movet: sed immediata libertas, vel saltem mediata, necessaria prorsus est ad actum meritorium: ergo affectus indeliberatus absolutus, et efficax libertatem necessariam ad meritum non permittit actui, ad quem movet; ac proinde nequit esse gratia auxilians, siquidem haec movet, et auxiliatur ad actum meritorium. Probatur maior: nam affectus indeliberatus absolutus, et efficax est causa non libere inferens necessario actum, ad quem movet: sed causa non libere inferens necessario aliquem actum, non permittit tali actui

mediatam

mediatam, neque immediatam libertatem: ergo etc. Maior certissima est: nam affectus ille, quatenus est indeliberatus, est non liber; et quatenus absolutus, atque efficax est, infert necessario actum, cum talis efficax est. minor constat ex principiis destruentium physicam praemotionem: etenim actus illatus neque in se ipso, neque in suo antecedenti est impedibilis a voluntate: non in se ipso, quia necessario infertur posito antecedenti: non in antecedenti, quia antecedens est non liberum; atque adeo non impedibile: ergo actus illatus ex antecedenti non libero inferente necessario, neque habet libertatem immediatam sive in se, neque mediatam, sive in antecedenti suo.

Delusioni statutae refragatur Magister Albelda 83
Dominicanus, qui licet contra suos domesticos physicam praedeterminationem respuat, ut Oviedo notat controversia 10 physicorum puncto 3° § 1; tamen in prima parte disp. 32 docet affectibus gratiam auxiliantem non esse affectus inefficaces, sed affectum absolutum, et efficacem a solo Deo immissum independenter a nostra libertate. imo addit esse affectum indistinctum realiter ab affectu libero, ad quem movet voluntatem: itaut idem affectus, quatenus est indeliberatus sit gratia provocans nos ad amorem Dei efficacem, et liberum; at quatenus ipsi superadditur modus intrinsecus libertatis, sit amor Dei liber, atque deliberatus. Admittit etiam posse distinctos esse actus: ita ut affectus efficax indeliberatus a Deo immissus distinguatur realiter ab amore Dei libero, ad quem habendum voluntatem movet. Utramque doctrinae partem iudico implicare.

Et probo 1°: nam implicat 84
in terminis antecedens non liberum inferens necessario actum liberum; siquidem

eiusmodi

eiusmodi ans nequit actu a se illatu denominare liberum libertate sua, quae nulla est: neque actus illatus potest in se liber esse, quia necessario infert ex antecedenti non libero: quia ans non liberus inferens necessario actum liberum, inferret, et non inferret liberum actum, quae satis elegans chimera est. Quaeritur: nunc homo non operans salutariter, vel habet, vel non habet affectum illum efficacem indeliberatum? Si dicat Albelda non habere: ergo qui non operatur salutariter, non habet graciam necessariam ad operandum: cum ergo in potestate hominis non sit habere talem graciam, sequitur quod inculpabiliter ille homo non habet sufficientem graciam. Patet: quia non habet graciam necessariam ad operandum: sed sine gracia necessaria ad operandum non datur gracia sufficiens, ut est evidens; alioqui gracia, quae sufficit, necessaria non esset: ergo homo, qui non operatur salutariter, non habet graciam sufficientem ad operandum: non igitur imputabilis ipsi est carencia operationis, et violatio praecepti. Si autem dicat, hominem non operantem habere affectum illum efficacem; frustratur iam efficatia talis affectus, atque adeo est inefficax efficatia, quod repugnat: et praeterea accedit, graciam affectivam inefficacem, quam tanto opere horret Albelda. Quaeritur: Ultra se habet argumenta fere omnia, quae ultra physicam praemotionem suo in loco afferemus.

85 Sit 3a conclusio: affectus deliberatus, et efficax potest esse auxilium actualis graciae; licet nequeat esse auxilium primo excitans, et omnino praeveniens. Totam conclusionem paucis tradidi numero 44, et eiusdem 2a pars constat ex numero 80, eo quod auxilium primo excitans, et omnino praeveniens debet esse non liberum; atque adeo nequit esse affectus deliberatus. Primam

partem

parte solusionis tradant Pater Suarez libro 3 de auxiliis cap. 4, et Ruiz de Montoia disputatione 32 de providentia sectione 2a, antiquiores alios in eamdem adducentes sententiam, quos ex Recentioribus Ripalda sequitur disputatione 103 sectione 4a.

— Probat a priori. affectus deliberatus, et efficax potest esse Creatum donum supernaturale, gratis a Deo infusum interne hominibus adultis, quo transeunter iuventur ad actus sibi salutares positos supra naturales arbitrii vires: ergo affectus deliberatus, et efficax potest esse auxilium actualis gratiæ. liquet Consequentia ex numero 74. Antecedens Probatur: nam in primis affectus deliberatus efficax supernaturalis est Creatum donum a Deo infusum gratis, ut negari nequit, et constat ex numero 29: explicatque Tridentinum sessione 6a cap. 16 de Deo dicens: hominum voluit esse merita, quæ sunt ipsius dona. id, quod pro indubitato supponit Augustinus libro secundo ad Simplicianum quæstione 2a: si quæramus, utrum Dei donum sit bona voluntas, mirum, si negare quisquam audeat. Rursus, deliberato affectu efficaci supernaturali sæpissime iuvamur, et promovemur ad habendos alios salutares actus: nam actus imperans movet efficaciter ad imperatum, intentio efficax finis ad ellectionem mediorum, et charitatis efficax affectus ad præceptorum impletionem. Pulchre Augustinus libro de gracia, et libero arbitrio capite decimo sexto: Certum est, nos mandata servare, si volumus; sed quia præparatur voluntas a Domino, ab illo petendum est, ut tantum vellimus, quantum sufficit, ut volendo faciamus 86

ciamus.

87 Ex premissa solusione colligit, n̄ omne auxiliũ phisice, et intrinsece efficax esse libertatis, et meriti impedi tibus; atque adeo admitti a nobis tanquam cum libertate, et merito compossibile auxilium phisice, et intrinsece efficax. Quod admittatur, patet: nam affectus deliberatus absolutus, et efficax, intrinsece, et phisice connectitur cum actu illo, cuius respectu efficax est. Rursus, quod hoc auxilium non sit libertatis, et meriti impeditibum, patet: quia saltem mediate, et in ipso affectu imperante vsq liber est actus imperatus; hæc autem libertas sufficit ad meritum. Nec propterea sententiæ Præmotorum subscribimus: nam illi ponunt auxiliũ ita intrinsece, et phisice efficax, ut sit prorsus independens a libera determinatione voluntatis, præcurratque omnem illius vsum: atque adeo auxilium suum vocant præmotionem, aut prædeterminationẽ; videlicet relatiue non solum ad actũ ipsum, sed etiam ad voluntatem minime se determinantem ad eiusmodi auxilium habendũ. At actus imperans, et intentio efficax finis, licet præmoueant, et prædeterminent voluntatẽ ad habendum actum imperatum, et electionem mediorum; tamen non præmouent, neque prædeterminant voluntatem independenter ab ipsius libertate, sed dependenter potius: quia ipsi sunt actus immediate liberi, ac proinde voluntas ipsa se libere determinat ad eiusmodi auxilium habendum. Toto igitur cælo solusio nostra a dominica præmotione, aut prædeterminatione abest.

Patet 59

## Caput 59

### Opposita argumenta enodantur

adversus

Dices 1° primus n. 80 obiicit Albeldat. Contra affectio simplex sive affectus inefficax est naturalis: ergo non est donum supernaturale, neque gratia auxilians. 88

Antecedens probatur: quia affectio simplex, sive affectus inefficax oritur naturaliter ex obiecto. Dices affectus inefficax non adaequat perfectionem affectus efficacis difficilis: ergo requirit illum efficere: ergo requirit esse gratia auxilians. patet hac consequentia: quia gratia auxilians efficit actus, ad quos auxiliatur.

Contra

Neque antecedens: neque ex suo conceptu affectus inefficax praescindit a naturali, et supernaturali. 89

ad probationem dicimus: oritur naturaliter, hoc est non libere, omitto: oritur naturaliter, hoc est ex suis viribus, nego. naturale solet accipi, pro non libero, vel pro non indigente ad existendum viribus supernaturalibus: in illo sensu omitto affectus inefficaces oriri naturaliter ex propositione obiecti. nego vero naturaliter oriri iuxta 2m sensum: quia affectus inefficax qui gratia est indiget supernaturali principio. omitto insuper affectus inefficaces oriri non libere ex parte obiecti, ut Ripalda cum aliis tradit de Deo [illegible] in [illegible] non esse liberum esse voluntatem erga ad affectus inefficaces quando obiectum indifferenter proponit bonitatem, aut malitiam obiecti ad [illegible] ad confirmationem quia affectus inefficax, eo quod sit gratia auxilians non debet esse ita adaequata efficacibus affectibus difficilibus; at ea inadaequata non debet perfectionem effectus adaequare, qua aliquis hoc auxilians gratia efficere debeat meritorios actus, patet ex n. 61.

Existit aliquis affectus inefficax 90

quem, nuper omissimus, ratio ponit in voluntate superna illuminatione [illegible] talis affectus non est gratia: patet consequentia: quia gratia est [illegible] alicui denegari, sed denegari requirit superna illuminatione [illegible]: ergo etc.

Ab eo, mando cog. nis sit voluntas prout habenti directionem intus illu-
minati sancta cogitatione obiicit, reduplicando se totum dexteris, denega-
rit neque at ineficax affectio sancta; tum denegari potest voluntas quid
radicatus significative: est igitur absolute gratuitum donum, ut liquet ex
n.o 89.

91 Adversus 23 dc statutum n.o 82 potest obiici ex omnium
praemotorum sententia voluntas creata ita subdita est providentiae divinae,
ut Deus inclinare possit determinationem ipsius quancumque in partem volu-
erit: sed nimirum gratia physice sit affectus indeliberatus, et efficax a Deo
immissus, non adeo subdita erit voluntas creata providentiae divinae: ergo. Maior
patet: quia ex dictu Dei, et ex ... ita se res habent, ut divinae ordina-
tioni efficaci resistere creatura non possit. Minor probatur: quia si illos ineffi-
caces affectus Deus immittit, creatura potest resistere; ad quod adeo poterit
in oppositum divinae providentiae partem vertere determinationem suam. Resp. Deo
efficacit voluntatem creatura non posse resistere, unum quod voluntas ita subdita
est divinae providentiae, ut Deus illam inclinare possit quancumque
in partem voluerit, sed neo Deus posse velle ad actum meritorium in-
clinare voluntatem creatam per media necessitantia, et impedientia libertatem
eius. itaque si ad eliciendum a voluntate creata actum liberum amoris Dei Deus
Deus non haberet medium aliud nisi affectum indeliberatum, et efficacem, nunquam
Deus vellet liberum illum actum amoris quia si ... non vellet, vellet impossibile.
Nec igitur mirum ad probationem, nec creatura potest vertere determinationem suam
in partem oppositam divinae providentiae efficaci. Hoc autem dilucidius ex
patet ultima controversia.

92 Adversus dc 23 explicatam a n.o 85 obiicit
... auxilians gratia datur ad actum liberum, et meritorium: Atqui
qui praedeterminant ab actibus efficacibus, liberi non sunt, aut merito-
rii: ergo actus efficaces nequeunt et gratia auxilians ad illos actus

nec consequenter meritum: actus, qui

praedicant ab actibus efficacibus, non liberis, liberi non sunt, ostendo: actus, qui praedicant ab actibus efficacibus, liberis, liberi non sunt, nec meritum, et consequens. Prima distinctionis pars liquet ex n. 82, et 84: Altera vero de distinctionis 2.ae pars ex n. 87.

Obiicies V. actus imperatus 2.us

non habet in se meritum peculiare distinctum a merito actus imperantis: ergo neque habet auxilium distinctum ab auxilio praevio ad actum imperantem: ergo actus imperans non est auxilium ad actum imperatum. Probatur haec consequentia: actus imperans est quid distinctum ab auxilio praevio ad ipsum actum imperantem: sed actus imperatus non habet auxilium distinctum ab auxilio praevio ad actum imperatum: ergo actus imperans non habet pro auxilio actum imperantem. Nego omisso antecedente (de quo varia sunt theologorum placita in materia de merito videnda apud Ripalda disp. 68, et 75 sect. 6.a) negando consequentiam: non enim distinctio auxilii desumitur ex distinctione meriti, sed ex distinctione actuum ad quos tribuitur: cum ergo sit indistinctum meritum, sit in actu imperante, et imperato, non actus ipsi meritorii distincti sunt, et supernaturales, dant auxilia distincta. Immo sit omittatur non requiri per se distinctum auxilium ad actum imperatum; non ostenditur est concurrere saltem per accidens distinctum auxilium: nam actus ipse imperans ut obtentus est, concurrit tanquam auxilium ad imperatum, qui dependentiam et passivam directionem, quam actus imperatus habet a suo imperanti.

Obiicies 94

3.o nullus effectus auxilii sufficientis potest esse auxilium sufficiens: sed si affectus deliberatus, et efficax esset auxilium actuativum gratiae, effectus auxilii sufficientis esset auxilium sufficiens: ergo affectus deliberatus, et efficax nequit esse auxilium actuativum gratiae. Maior patet: minor, quia auxilium sufficiens est prius in sua linea, amplificat aliquid quod ipsius effectus sit prius in

in eadem linea. Probatur minor: quia requiritur non esse auxilium cohibens, unum praemovens, et excitans voluntatem ad aliquem actum: scilicet affectus deliberatus, et chiarit est auxilium actualis gratiae, ipse affectus, qui efficax est alterius auxilii praecohibendi, promoveret, et excitaret voluntatem ad aliquem actum, ut diximus n. 87: ergo etc.

95 Respondeo, auxilium cohibens, aliud esse simpliciter, et absolute tale, et hoc est auxilium excitans ad cohibendum usum libertatis: aliud esse praecohibens praecise aliquem actum particularem, et hoc non est excitans necessario cohibens usum libertatis; imo liberum est et pendens ab ipso libertatis usu, ut satis constat ex dictis. Itaque est quod esse auxilii cohibendi requirit esse auxilium cohibens simpliciter, et absolute tale: quia est, et non est excitans, hoc est et non hoc [illegible] in eadem linea. Secundum falsum est quod esse auxilii cohibendi requirat esse auxilium praecohibens praecise ad actum aliquem particularem, sive auxilium non [illegible] sed inter medium. Distinguo ergo majorem: nullum esse auxilii cohibendi potest esse auxilium cohibens, simpliciter, et absolute tale, concedo: auxilium cohibens praecise ad aliquem actum particularem, sive auxilium intermedium, nego majorem. Minorem etiam explica eadem distinctione.

## Caput 6um

## Utrum actualis gratia auxilians sit, aut possit esse qualitas non vitalis

96 Vidimus utramque rationalis potentiae esse auxilium actualis gratiae: superest videndum, quod ejusmodi auxilium constat etiam, aut possit consistere in qualitate non vitali? affirmant Ripalda relatus n. 57 quibus quoad possibilitatem talis qualitatis subscribit Pater Salas in 3 tractatu disputatione 5a n. 10, et alii apud Ripaldam

Dico 1o et 2o negant autem existentiam, aut etiam possibilitatem eiusmodi quali tatis, quas Ripalda re texit, aliqui negant non solum existentiam, sed etiam possibilitatem auxilianti gratiae consistenti in emortua qualitate. nobis utrumque negare non placet.

Sit igitur 3o. Nego actus indeliberatos, et voluntarios existit de facto actualis gratia auxilians, quae consistat in qualitate non vitali: neque in his, quae ad divinam providentiam pertinent supernaturales, vacationes expectant, non et entitates aliquas inducere existentes nisi quas sacrae literae existere nos doceant: sed sacrae literae nos minime docent existere qualitatem non vitalem, quae sit actualis gratia auxilians: ergo talis qualitas admittenda non est ut existens; maior certissima est, aliisquin nos immiscient docerent quae pertinent ad ordinem supernaturalem providentiae. minor patet: quia neque concilia, aut ecclesiae Patres auxilianti gratiae consistenti in emortua qualitate meminere, cum in passim tradant, conferri nobis a Deo auxilium illuminativum, et affectivum gratiae, ut dixi ex n. 51, et 52: nec non ex n. 72, et 73. 97

Nec obstat quod actualis gratia dicatur fieri in nobis sine nobis, cum actus vitales non fiant sine concursu nostro. etenim n. 59 respondi posse actus vitales secundum mentem ad auxiliantem gratiam fieri in nobis a solo Deo sine physico concursu nostro. praeterea n. 60 addidi, vix reperiri optime quod actus gratiae fiat in nobis sine nobis, eo posito quod fiat sine nostro libero concursu. in quo sensu Augustinus ... Pelagianorum capite 6o ... ratione ipse scribit, ut velimus sine nobis operatur, et cibus Bernardus lib. de gratia et libero arbitrio prope finem tria Deus operatur in nobis bonum cogitare, et velle, et perficere. primum sine nobis etc. 98

Dico 2o. 99

Possibile est aliquid auxilium actualis gratiae consistens in qualitate non vitali

aliisquin

quasi ...

Datur possibilis qualitas non vitalis, quae sit supernaturalis, et adaequate gratia infusa interna, qua excitentur et inducantur adulti ad actus supernaturales salutares ponendos, iam nullis existentibus viribus: ergo possibilis est actus gratiae actualis consistens in qualitate non vitali. Quae constat ex n. 51, 12, et 56. ans. 2°: quia nullus ex his praedicatis obstare videtur repugnare essentialiter qualitati non vitali, haec enim potest esse supernaturalis, siquidem supernaturalis qualitas non petit essentialiter vitalitatem. Rursus eo ipso, quod supernaturalis est, potest gratia donari, quia est supra exigentiam et meritum naturae: 3° potest interna infundi, cur enim non possit? 4° potest iuvare adultos ad actus ipsos salutares, vel quia sit qualitas productiva cognitionis supernaturalis, et affectuum indeliberatorum, quibus adultus excitatur ad actus salutares: vel quia sit qualitas productiva ipsius actus salutaris subiecta tamen determinationi arbitrii, ad modum quo subiecti sunt habitus supernaturales, 5° denique potest ea qualitas esse transiens: eo quod non petat diuturnam durationem, sed exigentiam durandi debeat in duobus, aut tribus instantibus, quibus transactis desinat existere.

Dices: quod supernaturalia etiam

100 dicit hoc auxilium repugnare eo quod repugnet qualitas supernaturalis transiens, probo iterum possibilitatem auxilii non vitalis ex non repugnantia qualitati transeunti. Possibilis est qualitas, quae per intrinsecam exigentiam non petat diuturnam durationem, sed eiusmodi qualitas est naturaliter transeunti: ergo possibilis est qualitas naturaliter transeunti. Maior patet: nam si omnis qualitas possibilis per intrinsecam exigentiam petit naturalem diuturnam durationem, cur non etiam diuturniorem? cur non etiam aeternam? vel quod omnis qualitas possibilis per intrinsecam exigentiam petit aeternam durationem; atque adeo tam aeterna est, quam Angelus, et anima rationalis, quod tradere falsum est, nequit: vel aliqua qualitas possibilis est, quae per intrinsecam exigentiam non petat diuturnam durationem, et minor: qualitas

nõ tranceunti illa est, cui dnaliter potest accidere interitus, post breve tempus existentiæ suæ: sed qualitas, quæ per intrinsecè exigentiã non petit diuturnã durationẽ, talis est cui dnaliter accidere potest interitus post breve tempus existentiæ suæ: ergo nõ tranceunti est qualitas huiusmodi. Maior ex terminis probari videtur. Minorem provo: nam qualitas, quæ per intrinsecè exigentiã non petit diuturnã durationẽ talis est, ut ipsi non sit violentus interitus post breve tempus existentiæ suæ: sed eo ipso, quod interitus non sit violentus dnaliter accidere potest, ut patet in qualibet dnaliter accidenti: ergo. Maior debat: quod nihil est violentum, quod non sit contra intrinsecè subiecti exigentiam.

// Affirmari ergo potest. non glt omni 101
tempus physicalis dnalis interitus (illius ut, qui meminerit a Deo potuerit evenire executurus) non esse nisi iuxta exigentiam intrinsecam et connaturalem subiecti; nam potius est qualitas exigens positive, et intrinsecè non [illegible] durare, quam per duo, aut tria instantia; sed huiusmodi qualitas esset nõ tranceunti, ut negari non potest. Maiorem provo: quia potius est qualitas ita limitata perfectionibus suis, ut intrinsecè, et positive non postulet paucas, et non plures perfectiones habere: ergo et potius est quæ intrinsecè, et positive postulet pauca, et non plura durationis instantia habere. Antecedens debat: quia omnis entitas limitatæ perfectionis excludit intrinsecè, et positive habere perfectiones plures: siquidem intrinsecè, et positive excludit aliquam realitatem a se ipsa: et intrinsecè adeoque positive postulat aliquam perfectionibus carere; si enim non excluderet intrinsecè, et positive habere plures perfectiones eodem modo non excluderet esse id, quod ipsa non est: adeoque intrinsecè, et positive non excluderet aliquam realitatem a se ipsa, neque intrinsecè, et positive postularet aliquam perfectionibus carere.

// Affirmari potest, non repugnat cognitio creata vera, quæ 102

suum interitum pronunciet ponendum post breve tempus existentiae suae:
Sed talis cognitio intrinsice, et positive petit suum interitum post bre-
ve tempus existentiae suae, quod est etiam non transeuntibus in toto rigore omni-
no non adu: ergo non repugnat qualitas non transeuntis etiam in toto illo ri-
gore. minor patet: quia cognitio essentialiter vera petit intrinsice, et positive
id quod ad veritatem suam debito est necessarium; ad veritatem autem huius cogni-
tionis est debito necessarius interitus ipsius post breve tempus existentiae suae. = Di-
ces ad maiorem ex Arriaga, non repugnare eam cognitionem, si pronunciet in-
teritum suum ponendum ex vi alterius causae; repugnare vero si pronunciet in-
teritum suum ponendum ex vi suae intrinsecae exigentiae. Sed contra: nam cogni-
tio essentialiter vera potest pronunciare interitum suum ponendum ex vi al-
terius causae: atqui eo ipso intrinsice, et positive petit interitum suum:
ergo talis interitus ponitur ex vi intrinsecae exigentiae eiusdem cognitionis. mi-
nor probatur: nam cognitio essentialiter vera petit intrinsice, et positive quidquid est essentia-
liter necessarium ad ipsius veritatem, quia positive, et intrinsice petit quidquid est essentia-
liter necessarium, ut ipsa sit id quod ipsa est essentialiter: sed ad veritatem cogni-
tionis illius est essentialiter necessarius interitus ipsius: ergo ipsa petit intrinsice, et
positive interitum suum: implicat ergo quod petat interitum suum ponendum praecise
simul ex vi alterius causae, et nullo modo ponendum ex vi suae intrinsecae
exigentiae.

Sod Obiicit Arriaga a fortiori: repugnat qualitas aliqua suapte
natura postulans interitum sui: sed si qualitas aliqua certa suapte natura
transiens, suapte natura postularet interitum sui: ergo repugnat qualitas a-
liqua suapte natura transiens. maior probatur: quia natura non potest inclinare
positive in tantum sui malum, ut huius elogium explicat Suarez de
libertate Dei, ubi cap. 27 inquit: sibi aperte quantum refugit na-
tura esse: id quod longa inductione ostendit. minor probatur: quia nullius
interitum obtinere nequit, nisi Deus [illegible] sufficiat

motus ab exigentia alicuius creae: sed ad suspendendos concursus conservativos huius qualitati transeunti ex natura sua, Deus non movetur ab exigentia creae dictae: ergo movetur ab exigentia ipsius qualitatis transeuntis; adeoque adeo ipsa qualitas postularet interitus sui. minor patet: quia illa qualitas caret contrario. maior probatur: quia si Deus solo beneplacito suo et independenter ab omni exigentia creatae suspenderet concursus conservativos illius qualitati non operaretur potestate ordinaria, sed potestate absoluta; siquidem ordinaria Dei potestas est illa quae operatur iuxta exigentias creaturarum rerum.

Resp. conc. negando maiorem. ad probationem resp. vel argumentum non loqui de omni creatura positive, quia non valet inductionem per omnes omnino creas; vel tantum loqui de creatura extra illius temporis, in quo ipsa exigit existere, et ad quod habet quasi naturale ius situs in sua peculiari natura. Itaque creatura petens diuturnam durationem pugnat pro duratione sibi debita, et refugit quod non esse quando iuxta intrinsecam exigentiam suam debet existere: et haec est conclusio auctoris nostris, quas sextus induxit. Secus creatura petens brevem durationem, nec pugnat pro duratione sibi indebita, nec refugit non esse in tempore pro quo exigit non esse: quomodo enim refugiet non esse, quando positive, et intrinsece postulat non esse. posse autem hoc postulare creatum [illegible] a num. 101. 104

Resp. 2° omissa maiore negando 105

minorem: neque enim illa qualitas non postulet positive interitum suum, tum eo ipso quod indifferenter se habet ad interitum, hoc est, eo ipso quod non postulet positive maiorem durationem, nec transeuntis. ad probationem, nego maiorem. igitur ut Deus inducat interitum nullius creae de potentia ordinaria non est necesse quod aliqua creatura petat positive talem interitum; sed satis est quod ipsa creatura, quae interit, non petat positive ulteriorem durationem,

, et indifferens sit ad carentiam durationis: eo enim ipso quod indifferens sit ad carentiam durationis, violenta ipsi non est ea carentia. Itaque ut Deus potestate ordinaria operetur, satis est quod operetur ob ipsa exigentiam, licet non contra exigentiam eius.

106 // Arguunt aliud ex his autem quod Dorotheus in manuscripto Ro. Proxime dirigit, quod illustratio intellectus, et inspiratio voluntatis ab illustratione proveniens, habeant liberè ab hoc: quod proxime dirigit quod eiusmodi illustratio, et inspiratio requirant et ... exitans et praebeant; siquidem ut diximus in bo, actus ... existant in nobis sine nostro liberè concursu: quod tunc praeter actus illustrationis, et inspirationis ponendum est internum aliud donum supernale, semper qualitas non vitalis, ut iterum se praevenientes ... patet: nam proxime ante fidem, iustificationem, hoc vult liberè audire doctrinam, et recogitare penitusque intelligere doctrinam, aliosve edit generosos ... natus in ordine ad acquirendam internam vocationem: sed eo ipso interna vocatio sive illustratio, et inspiratio liberè habet: quod ... probat: nam his naturalibus conatibus annexa est ... leges ... abundantiae et divitiarum liberum voluntatis divinae interna vocatio, sive illustratio, et inspiratio: quod qui liberè conatus illos ponit, ponit autem in flexus, ... gratuitam voluntatis Dei ita statuendi illustrationem intellectus, et inspirationem voluntatis: atque adeo illustratio, et inspiratio tunc liberè habent; siquidem ex antecedenti liberè sequuntur illae, et quod ... liberum est.

107 // Pro diluendo autem: si proxime dirigit quod illa illustratio intellectus, et illa inspiratio voluntatis, habentes praeterita auxiliantibus gratiae ... non ..., habeant liberè ab hoc, nego: si proxime dirigit quod illustratio intellectus, et inspiratio voluntatis ... non est, ... non habent praeterita omnia concomitantia auxiliantis gratiae, habeant liberè, concedo antecedens

ans, et 3 cog, sed nec 2a ad probationem antis, nec maj. ad hujus probationem nec ans. igitur Ideo 3 liberi habiri potest illustratio intus, et inspiratio voluntatis, si non sit la, sed int. media, et habita per actus liberos, ut dixi n. 44, et a n. 85. Ideo potest ... sed liberi ex illustratione intus et inspiratione voluntatis, sive 1a, sive int. media, quia tum non hab. essentia gratia auxiliantis, cum non sit donum supernaturale, gratiae a Deo infusum etc.; sed est mera cognitio veritatis, et affectiva voluntatis inclinatio ad illam, quin accedat ad perfectionem auxiliantis gratiae. Nec tamen quod la illustratio intus, et la voluntatis inspiratio, quae est supernaturale Dei donum habeat liberi. Ratio est: neque ideo illustratio illa, et inspiratio habebunt aliquando liberi, quod naturalibus conatibus, quos Rer. illustr. memorat, annexum erit ... leges proruentes providentiae: sed non sunt: quod minor patet: quod sequitur obtendit lex divinae voluntatis directionis naturalibus arbitrii conatibus dona supernaturalia: imo talis leges ut poterunt obtentare docilius, et ... sequuntur communiter theologi, quos imitatur Philosophus Rer. 8 55e 3.

## Disputatio 3a

## Utrum actualis gratia auxilians sit entitative, et quoad substantiam supernaturalis

### Caput 1um

### quibusdam supernaturalitati ponunt theologi gratiae placitae

Auxilians 108

... gratia est donum supernaturale dixi n. 24. Sed circa illius definitionem partis glis cit ingens theologos int. magni nominis controversia: utrum ejus mi supernaturalitas debeat esse intrinseca, et quoad substantiam entitative auxilii;

quod solum coextrinseca, et quoad modum? Ubi supponendum est 1°, entitatem illam dici supernaturalem intrinsece, vel entitative, vel quoad substantiam, quae illius entitatis sunt declarata ita excellens est, ut superet exigentiam et virtutem omnium causarum naturalium, praeterque causae alterius ordinis, et potentissimi virtutem: huiusmodi est gratia sanctificans, visio beatifica, et plura alia.

omnium causarum

Supponendum est 2°, inter eos theologos dicere (videndus in in Ripalda de ente supernaturali [illegible]) explicationem entis supernaturalis quoad modum; alii enim volunt, supernaturale quoad modum esse ens quod superat facultatem et exigentiam subiecti, [illegible] ex natura sua quae causarum agentium naturalium, quae licet entitatem illam producere possint, tamen non possunt illam producere modo [illegible] applicant: tales esse cogitationes [illegible] intrinsece naturales, quae ultra hominis industriam ac sollicitudinem ex occursu vel concursu causarum naturalium indebito ipsi homini solent surgere. Alii vero cum Ripalda sentiunt, entitatem supernaturalem quoad modum esse illam, cuius modus ita excellens est, ut superet exigentiam et virtutem omnium causarum naturalium, praeterque principium ordinis altioris.

109 Supponendum est 3°, hoc esse praecipuum difficultatis punctum: an actualis gratia auxilians ad actus salutares, hoc est, conferentes in ordine vitae, sit intrinsece, et entitative supernaturalis? Nemini enim dubium est, ad actus non salutares sive non conferentes in ordine beatitudinis non dari auxilians gratiam intrinsece supernaturalem. Similiter etiam dubium non est cogitationibus, et affectionibus hominis naturalibus entitative posse Deum alligare supernaturale gratiae [illegible] concurrendi ad producendum actus salutares: ita ut in ea providentia non concurrat ad actus salutares aliquod auxilium intrinsece entitative supernaturale.

Vel quoadmodum diversa voluntati alligantis ipsi supernaturale [illegible]

a pter decretum

Doctores Thebulg. q. sibi ē, q. iuxta eorum principia ita se res hat. 150

Ubi primum duo circumstant ... 2a a fiat hic auxilia ee interna, et entitative nalia: ita tenuit Pater Vazquez 1a parte D. 2a c. 4, alijq. in ... quem sequent Curcianus, Granado, Decanus, et alii relati a Pe. Ripalda D. 105 in 5o et ab Ibido. Ineuerta 2a de gra auxiliante q. 77. negat hoc 2a sa a frag, eiusmodi auxilia ee interna, et entitativa supernalia: hanc tenent Pater Molina in Concordia D. 15a, Suarez l. 3o de gra c. 16, Montolla de providentia D. 40, et alii Ripalda, et Ibido supra citati.

Caput 2um

2a pars. obtinendo vera

Non licet actualia, et interna gra auxiliaris ad actus salutares non ē talis qua admittebat Pelagius. Sed Pelagius admittebat actuales, et interna gras auxiliantes entitative naturales: ergo actualis, et interna gra auxilians ad actus salutares non ē entitative naturalis. Maior patet: quia actualis, et interna gra auxilians talis ē, qualis 2a Pelagium traditur a Conciliis, et Pp. ... a Conciliis, et Pp. non posse tradi 2a Pelagium gras eas, quas admittebat ipse Pelagius. Minor s. ..., nam Pelagius admittebat cogitationes piorum, et affectiones: q. bonitatis agnitas, quibus Dius granditer et liberalibus conditionibus operari hoc alliceret; Sed nihilominus ... a Conciliis, et Pp. 2a damnat, 3a hanc in ... damnatur. ... rixng, et auxiliantes gras divinas in ea cogitatione, et affectione ponebat, ... eorum vires, seu entitative naturales. Maior probant Pelagii verba ... ab Augustino l. 1o de gra christi c. 7o adiubat non ... recitata.

Diaboli

dum cordis oculos aperit, dum Diaboli pandit insidias, dum nos multiformi, et ineffabili dono gratiae Coelestis illuminat. et c. 20: operatur in nobis velle quod bonum est, velle quod sanctum est, dum nos terrenis cupiditatibus deditos futurae gloriae magnitudine, et praemiorum pollicitatione succendit; dum revelatione sapientiae in desiderium Dei suspensam voluntatem suscitat.

112 Dices, discrimen aperte esse Pelagium inter, et theologos 3. 4: nam hi auxilia excitantia naturalia ponunt supernaturalia quoad modum, quamvis tribuunt pro Christi merita; Pelagius vero in istis supernaturalibus modum tollebat. Sed dico: nam Pelagius etiam docebat, auxilia illa naturalia dari ex Christi meritis ad opera quaedam salutis obtinenda: ipse enim aiebat, referente Augustino 2o de gratia Christi c. 38: Et ante legem, et multo ante Domini nostri, et Salvatoris adventum, iuste quosdam, et sancte vixisse referunt. quanto magis post illustrationem adventus eius nos id posse credendum est qui instaurati per Christi gratiam, et in meliorem hominem renati sumus, qui sanguine eius expiati atque mundati, ipsiusque exemplo ad perfectionem incitati iustitiae etiam.

113 Vel obtendit eadem veritas in quaestionibus cum Pelagio dictis, et 3. 4. eas statuebant gratias varias ad actus salutares beneficio cuius ex impotenti simpliciter natura humana reddit simpliciter potens: sed actus excitativi naturales cogitationis, et affectionis non sunt ea gratia beneficio cuius ex impotente simpliciter natura humana reddit simpliciter potens ad actus salutares: quia eiusmodi actus et gratia excitativi naturalis, non sunt ea gratia, quam 3. 4. Pelagius dicta, et 3. 4. statuunt. ergo negari nequit. minor patet a n. 40: patet etiam numerisque Patrum testimoniis docentibus absolute, nos sine viribus nihil salutare posse cogitare, velle, aut agere nisi potens fiat assistenti beneficio gratiae:

dixit, sine me
nihil potestis facere: et quia Apostolus 2ª ad Corinthios c. 3º scribit: non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Plura colligit citatus Montolla, nec discurrit Vigalcia. Minorem probo: quia implicat quod actus entitative naturales prodeant naturae humanae ex impotente simpliciter potentia: sed talis actus non sunt ea gratia. Antecedentis probo: nam ad actus entitative naturales natura humana est simpliciter potens: sed implicat quod impotentia simpliciter sumatur per id, ad quod ipsa est simpliciter potens: si enim est simpliciter potens ad habendum hoc ipsum quod vocamus supplementum, nullam simpliciter impotentiam habet. Lux enim ignis non est simpliciter impotens calefacere, nisi contra ad habendum formam calefacientem formaliter est simpliciter potens.

Probo: nam Tridentinum sessione 6ª canone 1º ita habet: si quis dixerit hominem suis operibus, quae vel per humanae naturae vires, vel per legis doctrinam fiunt, absque divina per Iesum Christum gratia posse iustificari coram Deo, anathema sit. Talis sic. Cogitatio honesta congrua entitative naturalis quam dicunt et avidant quam non excedit humanae naturae vires, et doctrinam legis, ut statuit canon aperte definivit: ergo ad actus salutares iustificationis non sufficit absque gratia quae est cognitio honesta pure naturalis entitative. Maior probatur: quia natura humana habet ex parte sua quoque efficacive aut intellectivae virtutem maximam est ad habendum cogitationem honestam entitative naturalem: rursus doctrina et explicatio legis habet ex parte sua sufficientem virtutem repraesentativam et applicativam obiecti honesti: ergo natura humana simul atque doctrina legis habent habent quoque maximam est ad eiusmodi cogitationem honestam habendum; atque adeo ea cogitatio non excedit humanae naturae vires, et doctrinam legis: ergo quando dicitur per humanae naturae 114

vires et doctrinas legis, petat divinas gratias per hanc intelligi aliquid entitativi superans naturae vires, sive adjutorii entitativi in sup[er]nalle.

118 Probatur ipsam dignitatem cogitationis honestae excedere humanas naturae vires, et doctrinam legis. Sed contra: nam dignitas cogitationis nihil est aliud, nisi quod cogitatio honesta fingit in circumstantiis, in quibus humana natura operatura est excitata per tales cogitationes: sed in hoc quod natura humana operatura sit excitata per tales cogitationes nihil includit excedens humanas vires naturae, et doctrinam legis: ergo ipsa dignitas cogitationis honestae non excedit humanas naturae vires, et doctrinas legis. Minor probatur: nam quod natura humana operatura sit excitata per tales cogitationes, nihil est aliud nisi cogitatio illa simul atque delectatio voluntatis; sed in hoc utroque nihil involvitur excedens humanas naturae vires, et doctrinas legis: ergo etc. Praeterea dignitas est quid disponens, et praesupponens formas proxime expeditas ad operandum: ergo antea ad illam dignitatem intelligitur humana natura cum virtute sufficienti, et proxime expedita ad operandum salutariter: ergo dignitas illa non est gratia auxilians a divinis, et patribus intenta. Patet consequentia: quia haec gratia se tenet ex parte formae.

119 3º eadem veritas ostenditur: divina, et patres eas gratias petebant a Semipelagianis ad initium salutis, sive justificationis, quas Semipelagiani dicebant ad perfectionem, et complementum salutis, sive justificationis. Sed ad perfectionem, et complementum salutis, sive justificationis Semipelagiani dicebant entitativi supernalle: ergo gratias entitativi supernalles petebant divina, et patres ad initium salutis, sive justificationis: atque adeo gratiam entitative supernaturalem statuunt necessariam non solum ad operationem, et complementum; sed etiam ad invocationem, et initium salutis

lutis, hoc ē ad omnes actus salutares. Coā, et subiuncta illustrā probare videntur. maior probat: quia Concilia, et Patres n damnant semipelagianos propter gratiam, quā isti concedebant ad perfectionem, sive complementum salutis, sed propter gratiam, quam negabant ad initium, et inchoationem iustificationis: quia ab illis petebant Concilia, et Patres ad initium iustificationis eam gratiam, quae ab iisdem negabatur ad initium, et concedebatur ad perfectionem salutis. minor probatur: nam ut constat a num. 7, semipelagiani docebant sufficere naturalem potentiam arbitrii ad initium, et inchoationem iustificationis; n vero arbitrii naturalem potentiam sufficere ad perfectionem, et complementum iustificationis; sed id ad quod naturalis potentia entitative considerata n sufficit, ē entitative supernaturale: ergo etc.

Quaeres deni[que] 117

quae potest ostendi: nam si semel admittatur sufficere auxiliantem gratiam entitative naturalem ad aliquos actus salutares, probari nequit a Conciliis, et Patribus requiri gratiam entitative supernaturalem ad aliquos actus salutares: sed adversarii ipsi ducti authoritate Conciliorum, et Patrum admittunt requiri graciam entitative entitative supernaturalem ad aliquos actus salutares, nempe ad actus virtutis infusae: ergo admittere debent requiri eandem gratiam ad omnes actus salutares, sive actus procedant ab infusis virtutibus, sive ab acquisitis: atque adeo nequeunt admittere auxiliantem gratiam sufficere entitative naturalem ad aliquos actus salutares. seq. probatur: quia nulla autoritate Conciliorum, aut Patrum obtendi potest discrimen inter actus virtutis infusae, et acquisitae: unica enim ab illis traditur distinctio actuum, nempe actuum salutarium, et n salutarium; et quidem ad actus salutares induciti asserunt necessariam auxiliantem gratiam, quin distinguant gratiam requisitam ad aliquos a gratia necessaria ad reliquos, ne[c] insinuant

grã requisita ad aliquos ex illius dictionis gra naturalis ad illos:
quae iuxta dictam, et Doctores sentencia admittenda gra entitative naturalis
tanquam sufficiens ad aliquos actus salutares, admittenda est tanquam sufficiens ad illos.

118 Probat, et explicat: nam dicti, et Doctores gratiam requisitam ad actus salutares nunquam appellant entitative, aut intrinsece supernaturalem: si enim hoc expresse dicerent quando audirent adversarios negare naturalis ad aliquos actus salutares gratiam entitative, et intrinsece supernaturalem - at gratiam requisitam ad salutares actus significant illis terminis qui videantur exprimere gratiam positam supra omnes vires, ac proinde entitative supernaturalem: eam enim vocant infusam divinitus, inspiratam a Deo, ministratam ab spiritu sancto. Ita sic: ex his, similibus quae dictorum, et Doctorum magnificis locutionibus adversarii colligunt esse entitative supernaturalem gratiam requisitam ad actus virtutum infusarum: vel quod hac illorum illatio vona, vel mala est? Si mala: ipsi se ipsos dapnant. Si vona: quod ad nullum actum salutarem sufficit gratia entitative naturalis. Prove cog: nam per adversarios gratia significata illis dictorum, et Doctorum locutionibus est entitative supernaturalis: sed ad nullum actum salutarem sufficit gratia non significata illis locutionibus: quod ad nullum actum salutarem sufficit gratia, nisi entitative supernaturalis.

## Caput 3um

### Adversariorum traditus doctrina arguenda dictis Lumentex.

Ex Doctore Vasq. dictis

119 Sic obiiciemus Doctor Carmone: sed dixit nos ex dictis munere libere quae Deo recti vovimus: sed ex fine honesto naturali religionis possumus actum emittere: quod votum entitative naturale est quod gratia dicta, ut patet naturali

entitativi. Confirmatur: nam in Augustini epistola 106 refert quidam Polemon ethnicus suasionibus Xenocratis refert factus abstemius, et sobrius: subditque Augustinus: quamquam ergo ille non Deo fuerit acquisitus sed tantum a dominatu luxuriae liberatus, tamen non id ipsum quidem, quod melius in eo factum est, humano operi tribuerim, sed divino: atqui gratia entitativa supernaturalis, quae Christianorum propria est, non tribuit ethnicis: ergo ad actus salutares facit Augustinus sufficere gratiam non supernaturalem entitativam. Pro 2.ᵃ causa: quia temperantiam Polemonis valituram ad gloriam immortalitatis docet ibidem Augustinus, si ad veri Numinis cultum se ille recepisset. Numinis

Deo dando nego: nam si per verbum quidem factus intelligit actus salutaris, debet fieri per auxilium gratiae intrinsece supernaturalis, ut solum obtinendum argumenta posita a nobis 1.ᵃ. Si autem per verbum quidem factus intelligat actus non salutaris, nihil probat argumentum, quod a nobis negetur. Ad confirmationem, dico minorem: nam licet gratia entitativa supernaturalis vel sit Christianorum propria, dico Gentilibus etiam tribui auxilia gratiae supernaturalia entitativa, ut per illa non stet quo minus ipsi etiam Christianos mores imitentur, et ad Christi fidem ducantur: est igitur gratia illa Christianorum propria, quia id est Christianis tribuit, vel tribuit ut Christiani fiant. 20

Quia argumentum ad actus 21 superandi peccatum mortale, ut ad vincendam gravem tentationem, et ad legem naturalem implendam, Scripturae, et Patres postulabant gratiam auxiliantem per Christum, quam Pelagius negabat: sed gratia auxilians ad eos actus, et tentationum victoriam necessaria non est entitative supernaturalis: ergo gratia, quam Pelagius negabat, et postulabant Scripturae, et Patres non est entitative supernaturalis. Minor probatur: nam tota lex naturalis adimpleri, et gravis tentatio superari potest per actus entitative naturales. Confirmatur: nam incredibile est nullam gravem tentationem ab aliquo

ethnico unquam superatur; sed ethnico non confertur gratia auxilians entitative supernaturalis: ergo etc. 4a

122 Dico descendendo magis ad actus heroicos virtutum naturalium etc. ut evadant salutares, sive conducentes ad aeternam beatitudinem. Concedenda est gratia, quam Pelagius negabat. Concedo ut eiusmodi actus fiant utcumque, sive omnino non salutares neque magis. Minus etiam dubium est quod concedo de istis actibus utcumque fierent, si vero non salutaribus, neque de eisdem actibus salutaribus ponendum, et subinde neque necessario ad [illegible] nem necessaria est. Dico [illegible] ex non [illegible] ut perinitas capiat distinctio necessarium est, probabilius esse illorum docentium in hac providentia elevantis homines ad beatitudinem supernaturalem non esse separabiles actus non esse naturales a supernaturali: neque quoties homo naturales suas vires exercet circa objecta honesta simul cum hoc actu naturali fluit supernaturalis alius circa eadem objecta per virtutes a Deo supernaturaliter acceptas. Requirit igitur [illegible] tentationes hoc vincere honesti tentationes, et naturales leges implere nisi habeat supernaturalis aliquis, et salutares actus ita statuente praesente providentia atque heroici actus virtutum naturalium semper habent annexos supernaturales et salutares actus, ad quos eliciendos necessaria est gratia auxilians entitative supernaturalis, quam Pelagius negabat. Sed 2a probabilius saltem etiam non sit a parte separabiles esse in hac providentia actus honestos naturales a supernaturali; consequenter dicendum est posse hominem vincere tentationes, et naturales leges implere per solos actus naturales, hoc est non salutari modo, neque prout oportet, vel ad initium, vel ad augmentum iustificationis: ad vincendasque hoc modo tentationes, atque naturales leges implendas necessaria non est, quam Pelagius negabat, ergo quod Pelagius [illegible] non semel insinuant eius discentes arbitrium sui viribus naturaliter bonum posse per opera adimplere legem [illegible] limitationibus prout oportet [illegible] tius, ut fuit [illegible] icanus [illegible] tractatione 6, et 7. Vide necnon etiam [illegible] 6a [illegible]

123 // 3ᵘˢ arguitur. Omnis gratia concessa ex meritis Christi est salutaris: sed gratia solum quoad modum supernatualis condicitur ex meritis Christi: ergo est salutaris: probatur: actus procedens hominum gratia virtute salutaris est; atque adeo ad operandum prout oportet, naturalis non est gratia entitative supernaturalis. Minor probatur: quia Christi domini merita in ordine hominum salutis destinantur. Minor distinguitur: quia omnis gratia hominibus collata ex Christi meritis est. = Confirmatur: namque Augustinus non simul indicat esse gratiam per Christum, et illam ex meritis Christi, illam quam ipse requirebat a Pelagio: sic enim ipse dicit arguitur: si per legem iustitia aut per naturam iustitia ergo Christus gratis mortuus est. 124

// Ad solutionem argumenti distinguenda est duplex gratia concessa ex meritis Christi: altera ex meritis Christi naturis, quia sine Christi meritis non concederetur: et haec est intrinsece supernaturalis, quae sufficit, et naturalis est, ut hominibus conferat iustificationem, propterque Christus Crucem subiit. Altera gratia est ex meritis Christi contingenter, quia sine Christi meritis concedi potest, eoque cum illis naturis corruptionem non habet: talis sunt a multis esse ipsa hominis creatio bona indoles, sex sive dicta, unde resultant actus ad actum honestatem ligis naturalis naturalis entitative, quae concedit Pelagius: ita enim concedunt agentes de effectibus divinae praedestinationis, et colligitur sicut ex dictis a nobis in materia de Incarnatione a numero 3 ad 36. hac supposita distinctione distinguo majorem: omnis gratia concessa ex meritis Christi naturis est salutaris concedo: concessa ex meritis Christi contingenter est salutaris, nego majorem: et distinctio, huiusmodi minorem neo confirmatio nobis favet: namque dicit colligit Augustinus Christum gratis mortuum, si per legem iustitia obtinetur: similiter est, non esse naturas Christi mortem et gratis, sive contingenter accidisse, ut causa esset gratiae supernaturalis

pertinentis ad nos, et ipsas cum iustificatione attribuebat ille sagiss... non gratuita, et divinis sunt Christi meriti ad hunc salutis obtinendam e alia gratia salutaris, sive supernaturali entitative ad quas flexit Christi meriti naturali.

## Disputatio
## De necessitate auxilianti gratiæ
### Caput I
### Explicatur difficultatis status, et indicantur Theologorum sententiæ.

126 Necessarium esse auxiliantis gratiæ ad salutares omnes actus, ita ut nullus absque aliquo auxilio gratiæ fieri possit solis naturæ viribus, Catholica certaque doctrina est, ut dicitur a n° 4°. sed de modo huius auxilii naturalis diversi extant Theologorum sententiæ, totaque præsens disputatio vertitur in hoc: an natura sit gratia auxilianti actuali, quam definivimus n° 24, et de facto defendimus distinctam in illustratione intellectus, et affectione voluntatis a n° 51? an potius sine supernaturali illustratione, et affectione, præcedente solo alio ante ipsos, possit actus aliquis salutaris elicere cum sola illustratione, et affectione entitative ad alios divinos actus.

127 Prima sententia docet, gratias excitantes, quæ distinguuntur in illustratione intellectus, et inspiratione, non esse simpliciter naturales, ut peccator fidelis iustificationem consequatur. Alii fideles habitu sufficientem influxum adiuvantis gratiæ distinctæ ab illustratione, et inspiratione, ut iustificatio obtineatur. admittit tamen illustrationes, et inspirationes præcedentes esse simpliciter naturales, ut in fide sibi evertat ad hæc: ita Vega in tridentino l. 6° c. 7°, quem nonnulli fere theologi alii adversarii sequuntur. Secunda sententia, et fatetur, esse simpliciter naturales gratias illustrationis, et affectionis ad actus salutares præcedentes

iustificationem cuiuscunque, sive fidelis, sive infidelis, neque ex viribus naturae, sed ad actus iustificationis sequentes. Ita Molina, Valentia, Valentia, et passim alii. 3a sententia simpliciter naturae dicit praevenientes gratias ad omnes actus salutares tam antes, quam subsequentes iustificationem. Ita communiter Theologi, quos longa serie refert Ripalda D. 106 sect. 3a.

// Ad Aam 3 sententiae n. 00 dicunt non aliqui arcuunt non requiri singulas gratias ad singulos actus salutares, sed sufficere unam ad plures actus subordinatos inter se. Ita Dr. Silvest. l. 3o de auxil. C. 4o, et 5o. Montolla etiam de Obedientia D. 41 sect. 2a, et alii. 2o Dr. Burgues 1a parte D. 88 n. 24 et Suarez lib. illo C. 6o n. 31, dicunt voluntatem hominis iustificati posse interdum elicere actum deliberatum salutarem sine auxilio gratiae affectivae, ex sola praecedente illustratione intellectus, seu gratia illuminativa. Ripalda vero ita adhaeret 3ae sententiae ut doceat gratias actuales auxilians et naturales, tam illuminativas, quam affectivas ad omnes actus salutares, imo singulas gratias ad singulos actus etiam inter se subordinatos requiri.

## Caput 3um

## Proponitur, et probatur sententia nostra

Sit 1a 129

nostra Conclusio 3a Prima ad actus salutares antes iustificationem cuiuscunque adulti non simpliciter naturalia excitans, aut praeveniens gratia illuminativa, et affectiva. Probatur Conclusio ex adductis n. 5o, et 12 in quibus de auxiliis aperte sermo est. adde S. Augustinus l. 1o de fide ad Petrum C. 31 scribentem de gratia illuminativa: firmissime tene, nullatenus dubites, neminem posse hic poenitentiam agere, nisi quem Deus illuminaverit, et sua gratuita mi

misericordiam averterunt. D. etiam Leo epistola 91 dicens de gratia assistiva. Cum ipsis paenitentiae ex Deo exclamamus inspiratione dictam dicente Apostolo: ne forte det illis Deus paenitentiam. Igitur nam gratia actualis auxilians illuminativa, et assistiva necessaria est ad actum fidei, ut ipse Dega fatetur dolens delictorum, et Dei testimonium: ergo etiam simpliciter necessaria est ad reliquos actus disponentes ad iustificationem. Consequentia patet: quia dicta, et dictae sacrae Scripturae divinae intelligentiae postulant gratiam itaque auxiliantem ad actus praecedentes, et inducentes iustificationem sine ulla eorum distinctione facta.

130 Sit 2a conclusio 3a 2ae Ipsa. ad actus salutares sequentes iustificationem, et infusionem habituum supernaturalium est simpliciter necessaria excitans, aut prohibens gratia illuminativa et assistiva. Probatur 1°: nam illud Apostoli 1a ad Corinthios cap. 4: quis enim te discernit? quid autem habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Ex inquam assumunt frequenter Ecclesiae Patres contra Pelagianos ad probandam necessitatem auxiliantis gratiae actualis ad salutares actus: quae verba illa aequaliter comprehendunt adultos omnes salutariter operantes, etiam post adeptam iustificationem: quod ultro maiore probare, qui velit, adeat Augustinum epistola 143, et 106, et libro de peccatorum meritis, et remissione cap. 17, et 18, et libro de spiritu, et littera cap. 30, Dibum etiam Prosperum, et plures, quos affert Montoia Lib. 4 de providentia a sectione 5. Similiter illud pauli ad Romanos 9, non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis: exponit de vocatione, et actuali gratia Augustinus citatus a nobis n° 120. Probat assertionem praeclare D. Bernardus relatus ubi supra num 36, et D. Gregorius n° 46, et alii insinuati n° 113. Denique Tridentinum sessione

Ca capite 2to explicans influxum Christi, ut capitis in bona iustorum opera per actualem gratiam; ait: quae virtus: quae virtus bona eorum opera semper antecedit, comitatur, et subsequitur; et sine qua nullo pacto meritoria esse possunt. = Dr. Semper quod hic de natura integra, in natura lapsa etiam post iustificationem non solum ignorantiam habemus quoad mentem ad intellectum, sed etiam imbecillitatem, et infirmitatem experimentum ad voluntatem, ut notabis n. 76: quod ad salutariter operandum necessaria est tum infusa illustratio depellens ignorantiam, tum inspiratio roborans imbecillitatem voluntatis.

// Sit 3a 131

Dc 3a Cta. Prob. Gratia actuatis n. 128. gratia affectiva actualiter existens non est necessaria simpliciter ad omnes actus salutares. Dr. Sine gratia affectiva actualiter existente potest elici a voluntate actus efficax salutaris: sed gratia, sine qua actualiter existente potest elici a voluntate actus efficax salutaris, non est simpliciter necessaria actualiter existens ad omnes actus salutares, ut est evidens; alioqui salutaris actus fieri posset sine suo principio simpliciter necessario, hoc est, fieri simpliciter posset quod fieri simpliciter non potest: ergo gratia affectiva actualiter existens non est simpliciter necessaria ad omnes actus salutares. Sequela cum ea.

// Maior probatur: nam sine gratia affectiva actualiter existente potest voluntas fieri tantum praeparationem, et facultatem ad eliciendum amorem efficacem salutarem ergo aliquid aliud habitus, quantum fieret, si foret praesens, et actualiter existens gratia affectiva, sive simplex complacentia est talis ablatio: sed eo ipso quod sine gratia affectiva actualiter existente fieri posset voluntas praeparationem, et facultatem illam, fieri potest sine affectiva gratia actualiter existente quod ipsi praestat affectiva gratia actualiter existens: ergo sine affectiva gratia actualiter existente fieri potest voluntas sufficienter potens ad eliciendum amorem efficacem salutarem. Ca dt: quod gratia affectiva actualiter existens praestat voluntati 132

Caritas in nra Saga resilientis pro ad eliciendum efficacem actum cha ritatis, ut liquet ex n.° 78: habet igitur solus virtus per se resiliens sine gratia affectiva actualiter existente, quando sine talli gratia habet quod ipsi praestaret eadem gratia actualiter existens. minor probatur: quia gratia affectiva actualiter existens nil aliud voluntati praestat, nisi propensionem, et facilitatem orta ex ipsa delectatione, et suavitate qua obiectum honestum ad efficaciter amandum talle obiectum; ut liquet a n.° 72. maior probatur: quia ex habitudine amandi efficaciter talle obiectum honestum habetur potest tanta propensio et facilitas amandi, quanta habetur per gratiam affectivam actualiter existentem.

133 Probatur et explicatur. habitus efficaciter amandi ob iectum aliquid honestum acquisitus diuturna repetitione actuum caritatis, potest esse intentior simplici affectione, vel delectatione circa talle obiectum: sed ab habitu acquisito intentiore nequit non provenire propensio, et facilitas saltem aequalis propensioni, et facilitati provenienti a simplici affectione vel delectatione circa talle obiectum: quod per habitum amandi acquisitum diuturna repetitione actuum caritatis habere potest voluntas propensionem et facilitatem amandi saltem aequalem propensioni, et facilitati provenienti a simplici affectione, et delectatione circa talle obiectum. maior per se patet, nec negari potest videtur. minor probatur: quia propensio, et facilitas est maior, quo intentior est habitus acquisitus, siquidem ipsius habitus est talis effectus. unde causa fluit, tunc sic: sed sine similissima affectione, et delectatione (cum gratia affectiva est actualiter existente) habere potest voluntas habitus illius intentionis acquisitum diuturna repetitione actuum caritatis: quod sine gratia affectiva actualiter existente habere potest voluntas quod ipsi praestat affectiva gratia actualiter existens. non igitur affectiva gratia actualiter existens est simpliciter necessaria ad quemlibet dictum actum caritatis.

134

infusus nostra &c. sponit &c. solitus n. 80, aut doctus traditus an
: ng stat sini, q ad os actus charitatis dt simplicit necessaria gratia
afectiva et q n ne simplicit necessaria, ut actualit excitans, et immati. in
fluens in hunc determinatum actum charitatis. Itaq determinans illum actum cha
ritatis qui sini gratia afectiva actualit excitante praehiberet avoluntate
te sinte habitus aquisitus amandi charitatis, sinderet ergo a gratia
afectiva saltus mati influente: q sendixit ad actibus habitus gene
rantibus, in quos immati influxit gratia afectiva actualit excitans:
atque quando eiusmi actus sponte volo n habebat independens a
gratia afectiva dispensiones et facilitates amandi; imo per se volas
saepe quando hereditarias et difficultates amandi sinistras habebat
quas ex Divo Thoma indicavi n. 89, et quas habitare facit dei
cit gratia afectiva, ut exprimit Ecclesia citatus n. 39, et Alius Prosper
per n. 81.

Sit 4.a &c. q. eandem Physicam... Ubi una illus 135
tratis intus, et una inspiratio voluntatis ad primas actus charitatis
subordinata, neq singula ad singulos necessariae sunt. P.r ng illustratio et
inspiratio excitantes ad actus imperantes ut tales, excitant sufficient
ad actus imperatos: q illustratio, et inspiratio, quae sufficiunt ad actum im
perantis ut tales, sufficiunt ergo ad imperatos; adeo adeo ad singulos actus
subordinatos. Sequela cons. ant. ng illustratio proponens obiectum actus
imperantis, ut talis, proponit sufficient obiectum actus imperati, et inspi
ratio inclinans voluntatem ad obiectum actus imperantis ut talis, inclinat
sufficient ad obiectum actus imperati: Accedo illustratio, et inspiratio exci
tantes ad actus imperantes ut tales, excitant sufficient ad actus impera
tos: q cons. minor prob. q nil aliud requiritur, ut excitet sufficient volun
ad eliciendum aliquem actum, quam q sibi proponat sufficient obiectum talis ac
tus, et inclinet sufficient ipsa ad talimodi obiectum amplectendum.

mon ut illuminat supone claritatem gra actus charitatis divinae imperare actus religionis. Tunc sic: illustratio, et inspiratio excitantes voluntatem ad actus charitatis divinae prout connexus imperative cum actu religionis, excitant voluntatem ad utrumque actum: sed eo ipso illustratio proponit sufficienter obiectum actus imperati, et inspiratio inclinat sufficienter ad obiectum actus imperati: ergo etiam mox probatur, non excitare voluntatem ad actum prout connexus imperative cum alio, est excitare voluntatem ad actum prout in potentia proximi sine alio; hoc autem est excitare voluntatem ad utrumque.

136. Probo, et explico. Illustratio excitans ad actus charitatis divinae prout connexus imperative cum actu religionis proponit voluntati bonitatem repertam in connexione utriusque actus: sed eo ipso proponit obiectum utriusque actus, quia bonitas actus explicari requirit in explicato obiecto ipsius actus: ergo illustratio excitans ad actus charitatis divinae prout connexus imperative cum actu religionis proponit obiectum utriusque, atque adeo obiectum actus imperati. Rursus, inspiratio inclinans voluntatem ad actus charitatis divinae prout connexus imperative cum actu religionis, inclinat voluntatem ad bonitatem repertam in connexione utriusque actus: sed bonitas reperta in connexione utriusque actus includit essentialiter bonitatem utriusque obiecti: ergo inspiratio inclinans voluntatem ad actus charitatis divinae prout connexus imperative cum actu religionis inclinat voluntatem ad bonitatem utriusque obiecti; atque adeo inclinat ad obiectum actus imperati.

137. Colligitur ex hac doctrina sufficientem gratiam ad plures actus subordinatos: an vero haec gratia dicenda sit virtute sic multiplex eo quod diversa obiecta attingat, et ad diversa voluntatem inclinet, quaestio est fere de nomine, et nullius pretii. Colligitur ad quo sensu diximus numero 93, ad actus imperantes dari auxilia continentia

dicta. Etenim licet voluntas excitet sufficienter ad eliciendum actum imperatum per illustrationem, et inspirationem, qua excitat ad actum imperantem, ut dixi cum imperato; tamen ipse actus imperans est hic, et nunc gratia adiuvans ad imperatum, ut liquet ex numero 86: cum ergo ipse actus imperans sit distinctus ab ea illustratione, et inspiratione, evidens est, ut ad actum imperatum concurrat auxilium non concurrens ad actum imperantem. Itaque quando dicimus ad actum imperantem, et imperatum requiri eandem adiuvantem gratiam, loquimur de gratia ut excitante, et prebenti, quatenus nequit esse actus imperans, ut liquet ex numero 85; cum vero dicimus ad actum imperatum dari distinctum auxilium, loquimur de adiuvante gratia, quae non sit excitans, et prebenti.

## Caput 3um

## Defensiones sententiae vindicant ab obiicientibus

136

Obiicies 1a: In peccatoribus libera potestate est converti ad Deum: sed non est in peccatoribus libera potestate gratia excitans illuminativa, et affectiva: ergo talis gratia non est necessaria ad conversionem. Probatur consequentia: nam quando ea necessaria haec est causa sine qua non libera non est, non est liber effectus. Sed hic argumento Pelagius ductus ad negandam necessitatem adiuvantis gratiae, satis probabile est, ut patet ex numero 2. Praeterea eodem argumento negari posset Vega necessarium esse prebentem gratiam ad actum fidei, et adiuvantem gratiam ad eum actum salutarem: quoniam ut infidelis elicit libere primum actum fidei, et reliqui eliciunt libere quemlibet actum salutarem; cum tamen in his potestate non sit gratia praeveniens ad primum actum fidei, neque adiuvans ad reliquos. Negat igitur consequentiam ad probationem quia effectus posse liberum esse etiamsi libera nobis non sit causa sine qua non dummodo talis causa non ponat effectum adaequate, et independenter a nostra libera determinatione: ita voluntas divina applicatio omnibus libera nobis

nobis non est, eius tamen sit causa sine qua non cuiuslibet nostri actus liberi.

139 Contra obijcies: gratia excitans, et praeveniens ideo requiritur a nobis, et Patribus ut actus salutares habeant causas supernaturales: sed actus salutares hominis iustificati habent supernaturales causas, etiamsi non detur gratia excitans, et praeveniens: ergo haec necessaria non est ad actus salutares hominis iustificati. Maior constat: probatur minor: quia actus salutares hominis iustificati habent pro causa suis habitus infusos supernaturales. Confirmatur: quia homini iusto ratione gratiae iustificantis debentur species, et cogitationes proportionatae ad elliciendos actus salutares; sed eo ipso, quod debeantur tales cogitationes non est gratia excitans, et praeveniens: ergo haec gratia necessaria non est ad actus salutares hominis iusti.

140 Respondendo maiorem: etiamsi enim ratio ponendi gratiam praevenientem esset, ut actus salutares haberent causas supernaturales, etiamsi non essent necessarii habitus infusi, siquidem omnipotentia potest esse adaequatum principium supernaturale eorum actuum. Alia igitur ratio est, quam diximus numero 103. Confirmatio nimium, adeoque nihil probat: quia eadem forma probari posset homini elevato ad finem beatitudinis supernaturalis esse debita omnia supernaturalia principia, quae constituunt sufficientes potentias ad consequendum beatitudinem, ac proinde nullus eorum esse principium gratiam, aut gratiam necessariam ad actus salutares hominis elevati: quae tamen doctrina tot erroribus, quot verbis constaret. Respondeo igitur negando minorem, quam nunquam supponit ex numero 29.

141 Contra obijcies tertio Ripal. numero 41: quia ad primas partes, et conversionem peccatoris necessaria est gratia affectiva actualiter existens: ergo etiam ad reliquos actus salutares. Probatur consequentia: quia Patres, et Theologi ideo petunt affectionem sanctam, sive gratiam affectivam actualiter existentem, ad primas fidei, et conversionem peccatoris, ut per suavitatem delectationis tollat gravitatem, aut difficultatem, adeoque emolliat voluntatem: sed similiter aliqua, aut eminens debet ad quemlibet actum salutarem: ergo Vo obijcit numero 41: quia Patres affectionem

salutarem antecedit naturalis illustratio intra limitationem obiecti; sed ex ipso antecedit

etiam naturalis affectio simplex, sive affectiva gratia: ergo ett. maior probatur: minor probatur: quia e[sse] boni

excitat naturalis simplex affectio. Dices potest obiici: nam per habitum acquisitum

nequit suppleri munus gratiae affectivae actualiter excitantis; sed ipso gratia affectiva

actualiter existens non est naturalis ad dictos actus salutares; ergo per habitum a-

quisitum suppleri posset munus gratiae affectivae actualiter existentis, ut diximus a

num. 131: ergo ad dictos actus salutares naturalis est gratia affectiva actualiter exis

tens. Maior probatur: nam munus gratiae affectivae actualiter existentis est tribuere nobis sim-

pliciter posse ad actus salutares, ut dixi ex num. 103; sed habitus acquisi

tus non tribuit nobis posse simpliciter, immo illud supponit, et solum tribuit facilita

tem operandi: ergo ett.

Respondeo ad 1um, negando conseq. ad probationem nego ma 141

iorem: non enim voluntas debet per affectivam delectationem, et suavitatem actualiter exis

tentem aliquid, ad emolliri ad actum illum salutarem, ad cuius reponit cum habitua

li, et intensa inclinatione, ut probatum est a num. 131. ad 2um nego maiorem:

nam licet illustratio praecedere debeat, quia incognitum actualiter nequit amplec

ti voluntas, simplex tamen affectio non debet praecedere, ergo non exigit naturalis ex

e[sse] boni: si enim bonum cognitione indifferenti proponitur non est cur voluntas

debeat naturalis ad affectum inclinare: sicut licet obiectum proponatur ut intensi bo

num, non exigit naturalis intensa complacentia, ut fatetur ipse Ripal disp. 103

num. 56.

Ad 3um exemplum nobis a nobis aptum negandum est maior. ad probationem 143

negandum est maior: nam admitto nunc habitibus acquisitis cum Ripal, et cum Phi

losophia, quos tamen descripsimus in libro de anima: non video cur ha

bitus acquisitus nequeat aliquando tribuere posse simpliciter. suppone enim

difficultatem operandi tantam esse, ut posse simpliciter impedita: tunc si ad

veniat a Deo ad superandam difficultatem, ita ut repetitis actibus acquirit

habitum facilitantem, talis habitus tribuet posse simpliciter posse. Dices: nam ea

ea tollens difficultatem, quae impediebat simpliciter potentiam, tribuit potentiam simpliciter puram: sed in ea hypothesi habitus acquisitus tollit difficultatem, quae impediebat simpliciter potentiam: ergo mox patet quod potentia simpliciter impedita non est simpliciter potens: unde qui ferreis vinculis detinetur non est simpliciter potens currere. Igitur per affectiones gratiae decurrentis ad prolongos actus salutares superata est difficultas hereditaria, quae voluntatem impediebat, et reddebatur simpliciter impotens ad amandum salutariter honestum ut notavi num. 134. postea vero repetitione actuum salutarium, consequenter talis debet generari habitus sive sit supernaturalis, ut cum Hurtado, Arriaga et aliis defendit Pater Quirós libro 8° Metaphysicae tractatu 2°, num. 9, sive sit naturalis, ut cum Molina, Conin[ck], [illegible] et aliis sentit Ripalda disputatione 55: sive autem acquisitus habitus sit naturalis sit, decurrere non potest ad subsequentes habitus salutares prout elevatos per habitus infusos pertinentes ad easdem virtutes, sicut decurrit etiam naturalis potentia ipsa elevata.

Contra 4am solutionem

124 pontis numero 131, obiicit Pater Ripalda numero 68. omnis actus salutaris supponit per se gratiam auxiliantem, quae moveat, et excitet voluntatem ad ipsum: sed actus imperatus Religionis non supponit per se actum Charitatis imperantem: ergo ad talem actum imperatum necessaria est alia gratia, quam ipse per se supponat. Confirmatur secundo: nam praeter illustrationem, et affectionem bonitatis divinae moventis ad actum Charitatis, requiritur ad actum Religionis supernaturalem illa supernaturalis illustratio, et affectio honestatis, quam actus Religionis amat: ergo praeter auxiliantem gratiam necessariam ad actum Charitatis imperantem, alia est est necessaria ad actum Religionis imperatum ~~~~~~~~

ad actus religionis imperatos. — Respondeo 2.º concedendo totum syllogismum: nam
ad actus imperatos non primus naturalis gratiae auxiliantis ad actus imperantes ut ta-
lis [illegible] dictas; sed actus ipse imperans sit causa auxilians actualis gratiae ad actus im-
peratos, ut dictum ex n. 86. — Ad 3.um distinguo antecedens, nego consequentiam: nam eadem illu-
stratio et affectio versatur superficialiter circa objectum utriusque actus, ut ex fundamentis nos-
tris supra dictis dicit.

## Disputatio 5.ta

## De causalitate auxiliantis gratiae actualis.

### Caput 1.mum

### Indicatur praecipua difficultas circa istud.

Decisi efficaciam auxili- 145
antis gratiae ad actus salutares distinxi n. 62, eamque naturalem, physicam, vel mora-
lem; hinc negavi naturalem efficaciam physicamque decreti. Nunc praecipua occurrit dif-
ficultas in explicatione illius distinctionis, veriatur [illegible]: an moralis causalitas
sufficiat, vel potius concedenda sit auxilianti gratiae actuali physica causalitas in actus sa-
lutares?

Ubi statim notandum est supponi a nobis id quod sine controversia de 146
nomine negari non potest, scilicet auxilianti gratiae actuali competere moralem con-
cursum et causalitatem in actus salutares. Probatur: nam moralis concursus et causalitas
competit entitati suadenti, aut moventi intentionaliter, aut allicienti, aut provocanti
voluntatem ad aliquid: sed suadere, movere, allicere, aut provocare, aliaque hu-
iusmodi, conveniunt auxilianti gratiae actuali, ut satis dictum ex huiusque dictis, maxime
a n. 52: ergo moralis concursus, sive causalitas competit auxilianti gratiae actuali. Itaque
concursus iste, sive causalitas considerari potest, vel praecise quantum est ex parte aux-
iliantis gratiae, vel prout simpliciter et absolute concurrit cum voluntate ad actus salu-
tares. Si 1.º modo spectetur, solum affert motionem illuminativam gratiae cum intellectu, et
affectivam gratiae cum voluntate, eamque independenter a libero consensu. Si 2.º modo consideretur

moralli deusm per unione pr̄dictg. ~~imbuit~~ involvit eug liberus liberg volun hi. obt. rurūg ex n̄ 37. &c.

147 Igit motibg auxilianti grã, sive auxilianti grã actualli, physicg deurug et calitatg. atribuunt plures graves theologi, quos afert Rigal d.e L. 6. n. in quibus inter se dissentiunt: nā alij deludunt ciusm. calitatg. auxilianti grã actualli, eug quando in fini habitus adiunt in eadē libro, et dixerunt efficient ad actus salutares. Reliqui theologi physica calitats atribuunt auxilianti grã actualli tantū in ab sentia habituum in fusorum: nā his præsentibus calitas auxilianti grã solū e moralli. Plurg ex his iqui etiā aliqui ciusmi physica calitatem atribuunt grã afectivã, non autē illuminativæ, alii ostiang grã deu pexe physica calitate ad actus salutares defendunt, quos pro viribus sequit Rigal citatus, et Sparza tomo 1. l. 1. § 117.

148 Qua dē cō denegat physicas deurug, aut calitats motibus auxilianti grã. eg tradit d. ex Suarez l. 3. de auxl. c. 17. ubi n. 16 ait, factā nec di by Thomg, nec alij theologum prat dd. tribuisse motibus grã exi tantā efficiēntia physica. Imo hoc peritissimus scient ascrit eiusmodi efficiēntia non haxe in dl. alie dissiti fundamentis. secunt granadus, Tannerus, Lorca, et plurg nobiles dd., quos innuunt Rigal, et imitat Obiedo deroviexa l. 1. punct. 7.

## Caput 2.

## Sa a nobis de probat.

149 In deliti nihil e dubij ea, quea dictus defendenda suffigio dg sig. burry q docueram, in deroviexij de anima, quatenus efficati requiritg, non efficiē physica actus voluntati: rurus hic an 51 circa grã auxilianti actuallem,

sive motus adiuvantis gratiae distincte de facto in actibus intellectus, et voluntatis: dicendum quod distinguunt esse, gratiam adiuvantem actualem, sive motum adiuvantem gratiae non influere physice in actus salutares. Non est: neque quod adiuvantis, et Doctores Scoti, dicunt adiuvantem gratiae actualem esse necessariam, quamvis adiuvans gratia actualis non influat physice in actus salutares, ad hoc necessarium est, non dicta, et Doctores falso docuerunt Calvinistae adiuvantem gratiam actualem: quod talis gratia efficienda non est physica causa actuum salutarium. Tamen solutione argumentorum probabiliter, et ita explicatur: nam quod actualis gratia adiuvans caveat, adiuvet, aut operetur, verificatur simpliciter, licet non sit causa physica actus salutaris: sic enim verificatur quod actus imperans cavet imperatum, intentio finis electionem mediorum, et amor efficax Dei praeceptorum implicationem, quamvis neque imperans in actus imperatum, neque intentio electionem, neque amor Dei in praeceptorum implicationem tanquam physica causa influat: Thomistae potius dicta, et Doctores probarunt, nisi quod actualis gratia adiuvans cavet actus salutares: quod est etc.

[illegible] Pelag. dicta Calvinistae de Pelagianos decernunt auxilium gratiae efficiens supernaturales actus: Sed auxilium quod de illis decernunt, non est aliud, quam actualiter in motibus vitalibus distinctum: quod auxilium gratiae actualis in motibus vitalibus distinctum est efficiens supernaturales actus. Probatur: nam incredibile est a Doctoribus, et Dei Sui praedeterminans auxilium, cuius officium est supplere, et elevare imbecillitatem naturae, virtutisque simpliciter ad actus supernaturales efficere: sed de solo actuali auxilio dicta, et Doctores Pelagius agebant: quod actuale auxilium dicebat obliquum esse quod suppleret, et elevaret imbecillitatem naturae, virtutisque simpliciter ad actus supernaturales efficere. Quod dicendo [illegible] argumenti syllogismi: ex quo minime colligitur auxilium actuale distinctum in illuminatione, et inspiratione producere physice actus supernaturales, sed physice efficere, aut causare, sive haec causalitas physica sit, sive moralis duntaxat: sufficit enim moralis causalitas, quam notavi numero 62. 150 efficiens

Ad [illegible] 151

solutio perspicua adaptetur, revocandum est in memoriam id quod superius in
culcavimus, ut Pelagium docuisse, nullam Dei gratiam esse necessariam ad actus
salutares, praeter naturales arbitrii vires, et doctrinam legis. Unde sequitur, Deum
et Ecclesiam sufficienter docuisse, atque definiisse contra Pelagium, eo quod illi
docuerint, et definierint, necessariam esse ad actus salutares illuminativam, atque
affectivam gratiam distinctam a naturalibus arbitrii viribus, et doctrina legis, divini
tusque a Deo infusam: nam evidens est, contradictoriam esse nullam gratiam requi
ri, aliquam gratiam requiri. Verum est, quod licet in linea intentionali red-
dat naturam simpliciter potentem ad actus salutares per solam illuminationem, et
inspirationem voluntati, quae nulla alia gratia in linea intentionali deside-
rat, tamen per hanc gratiam non reddit naturam simpliciter potentem in linea physica,
+ auxilio et extendendo omnes lineas: quia indiget adhuc ~~alio~~ alio physice efficiente sa-
lutarium actuum, sive hoc sit habitus infusus, sive supernaturalis virtus
operativa.
158 Hoc posito conclusionem maxime distinguo, virtutem quae simpliciter
ad actus salutares sufficere, tam in linea entis physici, quam intentionalis vir-
tutem nego, in linea, vel physici entis, vel intentionali, concedo maiorem. Deinde omissa mi-
nore, distinguo consequens: virtutem quae simpliciter ad actus salutares sufficit, tam in linea
entis physici, quam intentionalis, nego: in linea, vel entis physici vel intentionalis, concedo
consequentiam. Ita enim Ecclesia docuere illuminativam, et affectivam gratiam esse necessariam: nam haec oratio
sufficienter contradicebat Pelagio. Utrum autem eiusmodi gratia tribuat necessariam adaequatam
virtutem supernaturalem, non solum in linea intentionali, aut morali entis, sed etiam
physici; vel, potius tribuat solum virtutem in linea intentionali, aut morali entis,
theologis disputandum reliquerunt. Immo non semel exprimere videntur, intentio-
nalem tantum esse, aut moralem concursum illuminativae, atque affectivae gratiae; nimirum
quia dicunt dari, ut pateat quod latebat, et suave fiat quod non delecta-
bat: et similia plura, quae dedimus numero 51, 52, 72, et 73.

153 Sicut ipsa

5.a Ordinaria providentia Dei producit effectus creatos per causas: sed nulla est causa alia quam magis proportionata ad producendos actus salutares disponentes ad iustificationem, et ad infusionem habituum supernaturalium, quam gratia illuminativa, atque affectiva: ergo huic providendum est virtus physice effectiva talium actuum. Probatur: nam per se loquendo actus actualis sive gratia illuminativa, et affectiva potest non ponere supernaturales actus, quin ipsum non ponat: ergo signum est, quod haec gratia habet virtutem physice effectivam talium actuum.

Deus dispensando maneat: producit effectus creatos per causas adaequatas semper, vel inadaequatas, omitto modo. Omitto, inquam, Deus iuxta leges ordinariae providentiae non operari sed solos creatos effectus: sed unicuique effectui suo designare creatam causam. Non tamen eiusmodi causam semper esse adaequatam: contingit enim ut Deus tanquam specialis causa concurrat ad producendum effectum, cuius nulla est causa 2.a adaequata. Exemplum adest irrefragabile a Physiologo Deo licet ... ... Deus concurrere immediate elevando potentiam vitalem ad producendam gratiam illuminativam, et affectivam, quando non adest proportionatus habitus: ergo aliquando iuxta ordinariae providentiae leges concurrit Deus tanquam specialis causa ad effectum creatum ponendum sine causa adaequata creata. Hoc ipsum quod Physiologus dedit actibus indeliberatis ... gratiam, Deus dedimus actibus deliberatis supernaturalibus ... absentia habituum infusorum producuntur sive ab ipso Deo per principium adaequate, et elevante immediate, et imperfectionem ... in illa anima. Quia etiam ... in ... ratione probatur ... nam illuminando intellectum supernaturaliter ... sunt ultima dispositio ad habendam supernaturalem volitionem deliberatam: sed iuxta ordinariae providentiae leges ... dispositionem producit etiam supernaturalem ... virtutem ... simul cum gratia vitali illi producit illuminationem, et affectionem illam, producit etiam supernaturalem volitionem deliberatam.

sine

Ad 3 [illegible]

155 nec cog: ng eo progsiti quod gra illuminativa, et afectiva sit necessaria ad eliciendos actus salutares, na [illegible] illa dictione est simpliciter impotens eligere eos actus: sicut volas sine cognitione nalli est simpliciter impotens amare, et proinde cognitio debet praeiri simpliciter, quin nallis cognitio influat physice in amare, ut Ripal ipse dedit n. 45. Dicit differentiae est, quod ante cognitionem supponitur volas cum potentia adaequata productiva amoris nallis; at ante gras illuminativas, et afectivas non supponitur volas cum potentia adaequata productiva amoris salutaris: adeo adeo videtur accipere supplementum virtutis ab ipsa gra illuminativa, et afectiva. Sed dico: neg ante gras afectivas, et illuminativas supponitur volas sufficienter elevata, et cum adaequata virtute physica ad amorem salutarem quod ipsa gra illuminativa, et afectiva non est physice productiva; tum quia neg ante gras illuminativas, et afectivas supponitur volas cum virtute supernaturali elevante antrus ad producendas illuminativas, et afectivas gras: sed ipsa illa virtus elevans ad producendas illuminativas, et afectivas gras elevat ad actus salutares ab illa gra ponendos, ut dicit ex n. anti: quod etc.

156 Oporte 3o

in eadem sententia virtus productiva actus liberi debet esse propria volunti, quia nequit esse volas perfecti libera, nisi sub dominio suo habeat maxime virtutes: quod virtus productiva actus salutaris debet, vel produci a volunte, vel cum illa uniri, vel ab illa exigi, quia solum aliquo ex his modis ea virtus exit sub dominio voluntatis: quod in absentia habituum infusorum nequit esse principia virtus elevans et ipsius voluntatis nallis in ordine ad actus salutares. Dico: quod nullo ex dictis modis principia est sub dominio voluntatis: neque enim a volunte producitur, neque cum illa unitur, neque ab illa exigitur. = Hoc arguitur, quod debet nunquam posse voluntas elevari extrinsece principiis aliis ad eliciendos supernaturales actus liberos, cum non posset elevari, ut fundat ipse Ripal d. 95. Quod stetuo extimamente, nando

aliter cum ad operationem vero, voluntas humana unitur cum omnibus supernaturalibus virtutibus; in quibus unione physica, sed intentionalli infallibili consistit in va luntate, quae Deus decrevit humanae supernaturali ad eam libere supernaturales cum volunte humana, quoties ipsa caeteris habitibus infusis se detat ad eiusmodi actus: hic enim Deus decrevit ita connectit humanam supernaturalis omnibus virtutibus, ut voluntas perfecti libera sit, et in suo dominio habet virtutes naturaliter ad eiusmodi actus.

Opponit 7° gratia excelo 6°. 157

si voluntas se sola est sufficiens in genere causae physicae efficientis ad eliciendos actus liberos supernaturales, debebit sine illustrationibus, et inspirationibus naturaliter ad exercendum eiusmodi virtutes: quae illustrationes, et inspirationes sunt habere rationem gratiae, quod est Pelagium. Nec tamen, quis minime sententiam nostram impugnat, nec eam expugnat: nunquam enim dicimus voluntatem identificatam sibi virtutes physicas adaequati effectivas actuum supernaturalium, imo expresse dicimus virtutes physicas adaequate effectivas actuum supernaturalium de rivari in voluntate per elevationem provenientem, vel ab infusis habitibus, vel ab externa omnipotentia virtute.

## Disputatio 6ª

## De efficiente, atque excitante causa auxiliantis gratiae actualis

### Caput 1um

### Efficiens causa explicatur.

Cum anno 24 dicit 158

auxiliantis gratiae actuantis et excitantis dona efficiens causa investigan da nobis est: non naturalis causa est intus, et voluntas vero non colliget a ... Sl. Lit. Trino Lª 9° Causa vitalis physica elevata per supernaturales virtu tes est causa efficiens auxiliantis gratiae actualis. Insinuavit ... n 43, et 60

ex q tradunt communiter videndi in Physica D. Lot., et Oviedo Controversia 3a punt 10. Duas igitur sua nostra partes complectitur: 1a est vitalis gratiae influere concursu physico in gratias adhaerentes actuales, sive in supernalles illustrationes, et inspirationes. 2a est, gratiam vitalem non praestare homini concursum, sed elevatam supernalli virtute. 2a pars nemini dubia est, et probatur ex n. 63. Probant aliqui 1am partem, eo quod illustratio, et inspiratio sint actus vitalles, et eo ipso debeant produci physice a gratia vitalli correspondente: sed argumentum hoc infirmum dixi n. 59.

59 Probo ergo. Vitalis gratia producit physice actus supernalles deliberatos, et efficaces; ergo producit etiam actus indeliberatos, et inefficaces, qui sunt actualis gratia. Antecedens autem negari nequit: nam Tridentinum sessione 6a cannone 4o damnat docentes, liberum hominis arbitrium divinae vocationi consentiens, nihil omnino agere, mereque passive se habere: unde deliberatos, et efficaces consensus supernalles agit ab ipsa gratia influente. Solum dubitare Catholici vix possunt, an gratiae vitalli actio sit immediata, et physica, vel mediata dumtaxat, et radicalis, ita ut supernalle principium elevans sit tota ratio agendi. Sed huius iudicium libris suis in locum remittimus: interim satis efficaciter ostendit immediatam gratiae vitalli actionem in actus supernalles a P. Rispol D. 30, et Oviedo Controversia 3a de Beatitudine. Consequentia vero probatur: nam tota perfectio supernallis actus, indeliberati, et inefficacis includitur in actu supernalle deliberato, et efficaci; atque adeo gratiam valens producere physice deliberatos, et efficaces, negari non potest valere producere physice indeliberatos actus, et inefficaces. Confirmatur: nam causa valens producere physice formam valet producere ultimam dispositionem ad formam, ut ex physica speculatione notum est: sed actus indeliberati, et inefficaces, qui sunt actualis gratia adiuvans, sunt ultima dispositio ad consensum deliberatum, et efficacem, nulla enim alia

5a

posterior dicti requirit in anima ad habendum ivimi efficacem, qui vitalis potentia valens physice producere efficacem deliberatum, et efficacem, valet etiam physice producere actus indeliberata, et inefficaces, qui sunt actualis gratia auxilians.

Dico 2° conclusio. Supernaturalis virtus elevans vitalis potentias ad productionem illuminativae, et affectivae gratiae est extrinseca omnipotentia divina, quando non adest infusus habitus sufficiens; ipse vero infusus habitus est virtus elevans, quando adest sufficiens expeditus. 160

hac prima parte conclusio libro praedicto speculatus n° 65: nam ex ea colligitur semper esse naturam omnipotentiam divinam elevantibus vitalis potentiae. Probo 2° partem: nam quando non adest infusus habitus sufficiens, nulla est alia virtus praeter omnipotentiam, quae potentiam vitalem elevare possit ad productionem illuminativae, et affectivae gratiae: ergo tunc virtus elevans est extrinseca omnipotentia divina. Antecedens probatur: nam quod per omnipotentiam suppleri possit, et proportionari vitalis potentia ad eliciendum actum vitalem, ut liquet ex n° 65. tum quia qualitas transiens infusa animae, elevans naturales potentias ad producendum illuminationes, et inspirationes indeliberatas, aliquo tamen modo n° 57 non existit de facto, ut probavi n° 97.

Dico 2° 161

2° partem: nam habitus supernaturalis est sufficiens virtus ad producendum actus indeliberatos et inefficaces versantes circa obiectum actuum deliberatorum, et efficacium producibilium ab eisdem habitibus: ergo si aliunde non sit impeditus, concurret elevando naturales potentias ad producendos actus indeliberatos, et inefficaces, in quibus illuminativa, et affectiva gratia consistit. Antecedens patet ex n° 159: nam ea valens producere formas valet etiam producere ultimam dispositionem ad formas, in materia praecedentis exigentiae: indeliberatus autem, et inefficax actus, qui est illuminativa, aut affectiva gratia, est ultima dispositio ad actum deliberatum, et efficacem versantem circa idem obiectum. Declaratur: nam actus supernaturalis

efficax, et inefficax, deliberatus, et indeliberatus tendentes in idem objectum differunt solo ex modo tendendi: sed habitus idem infusus est virtus physice productiva actuum differentium solo ex modo tendendi: ergo idem habitus infusus est virtus physice productiva actuum efficacium, et inefficacium, deliberatorum, et indeliberatorum; adeoque adeo sicut infusus habitus elevat vitalem potentiam ad efficaciter et deliberate actus physice producendos, elevat etiam ad inefficaciter, et indeliberate. minor probatur: nam idem habitus charitatis producit amorem Dei absolutum, et conditionatum, amorem benevolentiae, et desiderium, amorem liberum in via, et naturalem in patria.

## Caput 2um

## Firmat amplius utramque conclusionem solutione argumentorum

162 Vidimus conclusionem apponi solenne illud pronuntiatum, quod gratia excitans, et praeveniens fit in nobis sine nobis: quod debet fieri sine physico concursu vitalis potentiae: debet ergo fieri sine physico influxu habitus concurrentis. Sed hoc concursus individuus est potentiae infusione habitus non concurrat ad actus, adeoque non conveniet potentia. Sed quando utramque supra doctrinam positam in 60. axiomate sumpti explicatio patet ex n. 43, et 44.

163 Arguitur 1° contra 2am conclusionem. Solus Deus producit physice gratiam auxiliantem habitualem (de qua diximus n. 23): ergo solus Deus secluso physico concursu potentiae vitalis producit gratiam auxiliantem actualem. probatur consequentia: quia tota scriptura, et Patres pro minus tribuunt Deo, tanquam unico largitori, et auctori gratiam auxiliantem actualem, quam habitualem. Confirmatur. Si potentia vitalis simul cum Deo producit physice gratiam auxiliantem actualem, ipsa vitalis potentia sibi ipsi auxiliaretur, sicut Deus ipsi auxiliatur: sed nequit admitti quod ipsa vita

illa gratia sibi auxiliatur, seu Deus, sive auxiliatur, alioqui Deus non esset unicus auctor gratiae: quod gratia vitalis non producit simul cum Deo auxiliantem gratiam actualiter. minor probatur: quia quando Deus solus sic, nihil est aliud nisi quod producat auxiliantem gratiam, et illi tribuat gratiam vitalem; hoc autem totum faceret vitalis gratia, si cum Deo simul produceret ipsam auxiliantem gratiam.

Dico, omnia ante, tandem 1o: quod gratia habitualis, sive habitus infusus habet aliquam perfectionem in ordine ad actum deliberatum, et efficacem, tamen gratia ad producendum physice talem actum: quatenus habitus non est ultima dispositio ad talem actum: quod probantur in 1o quod vitalis gratia producit physice gratiam auxiliantem actualem, probant quod non producit physice gratiam auxiliantem habitualem. ad probationem in 2o, utrumque gratiae Deo attribui tanquam unico largitori, et auctori; non quod utrumque sibi Deus producat physice, sed liberalitas, atque indebite producit et tribuit nobis. Ad 2am rationem, nec maior. ad probationem, nego, Deus auxiliari per vitalem gratiam, non requirit quod gratiam producit: sed quod illa producit liberaliter, et indebite tanquam unica primaria causa elevans, et roborans imbecillitatem nostram: cum igitur vitalis gratia licet physice producat cum Deo eandem gratiam, non illa non producit tanquam primaria causa elevativa sui ipsius, sequitur quod non sit auxiliatrix, in rigore loquendo, etc. Dico 2o, contra vanire videntur Divi Thomae verba ex 3a parte quaestione 2a articulo 3o corpore: 1o causa omnium bonorum nostrorum per auctoritatem est Deus, et per hunc omnis nulla causa habet aliquid boni pertinere ignorans, quod illud 1ae ad Chorinthios 4o: quid habes, quod non accepisti? potest 2a ratio aliquid esse causa habet alicuius boni habendi in quantum est in hoc ipso Deo cooperari. 164

Obiicies 3o 9o parte 165

Dico 2o. Utrumque auxilium simul cum gratia illuminativa, et affectiva excitante

ad actum praeceptum diungere potest actum contrarium prohibitum: sed si illuminativa, et afectiva gratia producente ab habitu in fuso non potest liberum arbitrium simul cum talli gratia diungere actum contrarium prohibitum: ergo illuminativa, et afectiva gratia non producitur ab habitu infuso. Minor probatur ex Tridentino sessione 6a cannone 4o definiente liberum hominis arbitrium posse disentire Deo vocanti: posse enim disentire est posse diungere simul cum gratia vocante disensum, et oppositum actum, ut Patres Praemotores urgendum porro est. Minor probatur: nam cum habitu infuso nequit diungi oppositus actus prohibitus, ergo cum habitu fidei infallibiliter, aut cum habitu Charitatis actum Dei, vel carentia amoris praecepti: ergo neque potest diungi tallis actus prohibitus cum gratia illuminativa, et afectiva, quam producunt ab istis habitibus. Sequela probatur quia quod est incompatibile cum causa, est incompatibile cum effectu pendente actualiter ab ipsa; siquidem destructa causa nequit subsistere effectus pendens actualiter ab ipsa.

166 Notandum pro solutione gratiam illuminativam, et afectivam considerari posse dupliciter: primo physicative et proprie, et entitative virtute sua; et hoc modo divina vocatio ad actum liberum semper est compatibilis cum disensu, vel actu contrario prohibito. Secundo considerari potest illuminativa, et afectiva gratia reduplicative prout actualiter pendens ab habitu infuso, producente ipsam, et conservante; hoc autem modo incompatibilis est gratia illa cum disensu, et actu contrario prohibito. Quia sub illa reduplicatione involvit habitum infusum incompatibilem cum disensu, et actu contrario prohibito. Ergo Deus Scientia sua media videat, quod cum gratia illuminativa, et afectiva physicative, et entitative indifferente ad consensum, et disensum, ponet homo vocatus actum contrarium prohibitum: tunc gratia illa non producit ab habitu infuso, sed ab illa origine, quam producimus ab

habitu est in compatibili cum peccato illi futuro; si autem Deus per scientiam mediam videt, quod sub gratia illuminativa, et affectiva ponet hic vocatus dissensum, et actum impeditum, tunc gratia illa reddere potest ab habitu infuso producente prout pendens a tali habitu sit in compatibili cum dissensu, et actu contrario prohibito; tum hanc compatibilitatem dissensus, et minime laedens voluntatem ut colligi potest ex dictis in Ima de incarnatione a n. 618, adde ex dicendis in 2. de dup.

// Hac notatione facta redeo ad argumentum. 161

Quando mīg. non illuminativa, et affectiva gratia, sanctificativa, et entitative considerata producitur ab habitu infuso non potest liberum arbitrium simul cum tali gratia sanctificative, et entitative considerata iungere actum contrarium prohibitum, nec non potest liberum arbitrium simul cum illa gratia considerata reduplicative, et prout pendente a tali habitu infuso producente ipsam iungere actum contrarium arbitrium: non potest in sensu ante, et absoluta: non potest in sensu consequente, et suppositione solido mīg, et nec aēos. Item sicut decretum indifferens ad operationem, et non operationem liberum dependens a decreto habito per scientiam mediam operationis, et efficaciter intendens operationem; non reddit liberum arbitrium impotens ad carentiam operationis in sensu ante, et necessitante, sed solum consequente, et non necessitante; licet iunctum cum illo consideratum reduplicative, et prout a tali decreto dependens iungi non possit cum carentia operationis: sic gratia illuminativa, et affectiva indifferens ut iungatur cum operatione, et eius carentia, si hic, et nunc oriatur ab habitu infuso praesupponente scientiam mediam operationis futurae, non reddit liberum arbitrium impotens ad carentiam operationis in sensu ante, et necessitante, sed solum consequente, et non necessitante.

Dices 4°

168 Ad eandem partem. Habitus subjicitur liberae determinationi voluntatis, juxta vulgatum illud, habitibus utimur quando volumus: sed hic gratia excitans delitescit in actibus indeliberatis productis ab habitu infuso talis habitus non subjiceret liberae determinationi voluntatis: quia cum gratia produci nequit ab habitu infuso. Minor probatur: nam actio productiva actus indeliberati non pendet a libera determinatione voluntatis, siquidem talis actio ponitur indeliberata, hoc est sine libera voluntatis determinatione: sed ideo habitus in productione talis gratiae subjiceret liberae determinationi voluntatis quia actio productiva ejusdem gratiae penderet a libera determinatione voluntatis: ergo etc.

169 Omissa nunc subjectione habitus infusi, circa quam non est una theologorum mens videnda apud Arriaga 25 ..., dico distinguendo majorem: habitus subjicitur etc. quoad actus voluntatis liberos, concedo: subjicitur etc. quoad actus voluntatis non liberos, nego majorem. Distinguo etiam minorem: talis habitus non subjiceret liberae determinationi voluntatis quoad producendos actus non liberos, concedo: quoad producendos actus liberos, nego minorem, et consequentiam. Igitur verum est quod omnia concurrentia ad actum liberum subjiciuntur liberae determinationi voluntatis in productione talis actus: quia videlicet nulla causa concurrat ad actum liberum, sed potius ipsam causam determinat ad producendum: cum enim actus ut liber pendeat essentialiter a libera determinatione voluntatis nequit esse ab aliqua causa operante independenter a libera determinatione voluntatis. At indeliberatos actus, prout opponuntur libero, independenter a libera determinatione voluntatis; ergo etc. causae concurrentes ad actum indeliberatum non pendent a libera determinatione voluntatis: quia independenter a libera voluntatis determinatione concurrere possunt ad actum independentem a tali determinatione. Unde habitus producens actum voluntatis liberum subjicitur liberae

voluntis detractioni, non vero subtrahit, ut inde liberatus actus simul cum voluntate producat: requiritur vero talis gratia, et habitus determinans ab aliis extrinsecis, nempe l., actuantia cognitionum, et potentiis independenter obiecti, ab alia gratia residente ad actum.

## Caput 5um

### Indicatur excitans gratia auxiliantium atque actualis

Gratia excitans 170
in theologia nullus explicat efficientiam physicam, sed praecise explicat applicativam principiorum efficientium. Sic exprimens excitans intellectum in [illegible], et obiectum cum alio statu excitatur ad illius cognitionem, quod est obiectibus [illegible] cognitio virtus est applicativa principiorum efficientium cognitionis alterius. Hoc posito

Dico 1°. Gratia immediate, et 171
directe excitans auxiliantes gratias actuales solet esse alia gratia auxilians actualis. Probatur: nam ipsa gratia auxilians actualis est virtus immediate et directe applicans principia efficientia physica gratiae auxiliantis actualis; ergo etc. Probatur minor: nam gratia illuminativa est virtus immediate, et directe applicans proxima efficientia simplicis, et indeliberatae complacentiae, quae est gratia affectiva. Proponit enim directe, et immediate obiectum proportionatum tali complacentiae. Rursus, inspiratio ipsa, quae est gratia affectiva, applicat immediate, et directe voluntatem, et cum voluntate reliqua principia efficientia ad eliciendum affectum deliberatum, et efficacem circa suum obiectum; affectus autem deliberatus, et efficax solet esse actualis gratia auxilians, ut liquet a n° 85.

Dico 2°. Deus per se solum excitat mul- 172
toties auxiliantem gratiam illuminationibus; nunquam tamen solus excitat

tat immediate, et directe gram affectibam. Pbat 2a pars probatu facilior: nq ante affectibam gram praecedit semper immediate, et directe illuminatiba: q illuminatiba excitat immediate, et directe affectibam, ut ptat ex numero antecedente: q nunquam Deus solus excitat immediate, et directe affectibam gram. Liquet cons. maior ptat: nq circa incognitu obtu, aut circa obtu improportionate cognitu, n versat voluntas p inefficacs affectu: sed eo ipso, quod praecedere debeat inefficacs voluntatis affectu proportionata obti cognitio, praecedit illuminatiba gra: q etc.

173 — 1a is pars duplicem ptinet particula: videlicet, et q Deus grq illuminatibq excitet immediate, et directe, et q multoties excitet per se solu. 1a ptat: nq qui vocat e causa aplicans ad operandu gra efficientia vocationq; vocat autq Deus immediate, et directe, et vocatio e illuminatiba gra, ut ptat a n 51: q immediate, et directe aplicat Deus ad operandu gra efficientia vocationq, siue illuminatibq grq; atq adeo excitat immediate, et directe istq grq. unde licet una illuminatiba gra excitet ipse illuminatibq aliq; tamen Deus semper excitat ut pncipalis Author, et primaria causa excitatiua vocationis.

174 — Pbat praeterea q Deus multoties per se solu excitet illuminatibq grq: nq saepe dormientes illustrat, et cogitationes reru caelestiu prouocantes intense vel ad amorem Dei super omnia, vel ad peccatoru paenitentiq, vel ad alios salutares affectus, quin apareat creatura aliqua excitatiua earum cognitionu: q Deus solus tunc e excitativa ea illuminativq grq. sic liquet: q ubi n apparet causa specialis operanti attribuit Philosophia effectu. de qua re praeter [illegible] [illegible] Augustini testimoniu: scribit enim in libro de praedestinatione Sanctorum c. 8: Valde remota e a sensibus carnis haec schola: multos venire videmus ad filiu, q multos credere videmus in Christum. Sed ubi, et quomodo a Patre audierint hoc et didicerint, n videmus: nimius gra ista secreta e. nec longe abit ab eodem sensu [illegible]

citatur n. 81.

Dico 3º mediate, et indirecte excitare solent Angeli 175
illustrationes Angeli, et aliae creaturae. De Angelis Bernardus
sermone 12 in Psalmum Qui habitat, subdit: quin itaque tam bonas
immissiones [illegible] credat per bonos Angelos fieri; et tamen e contrario
malas vero fiant immissiones per Angelos malos. Et sermone 32 in Cantica ait de Angelo custodi: ipse est, qui
in [illegible], sedulus quidem [illegible] animam [illegible]
et assiduis suggestionibus monere. Plura ex Augustino, aliisque [illegible]
colligit Suarez lib. 6º de Angelis c. 16, et Granado tractatu 8º [illegible]
Quod autem munus Angeli praestant commotione phantasiae, et
speciebus sensibilibus, qua excitant honestas cogitationes [illegible]; his
autem existentibus Deus immittit illuminativam gratiam iuxta legem praesentis
providentiae elevandi naturales creaturas ad supernaturalem beatitudinem; ideo adiuvante,
et indirecte illuminativa gratia excitant.

Quod attinet ad alias 176
creaturas explicat eleganter Prosper lib. 1 de vocatione gentium c. [illegible],
ubi exponens verba Christi ex c. 6 Joannis: Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum: quae ab Augustino
praeceptore suo intelligunt de tractione per gratiam, scribit: Nemo
venit, nisi attractus, [illegible] quicumque [illegible] veniunt attrahuntur;
trahit [illegible] ad Deum [illegible] elementorum, et [illegible] in
eis sunt elegantissima pulchritudo: invisibilia enim ipsius a creatura
mundi per ea, quae facta sunt intellecta conspiciuntur. Trahit
eum [illegible] cognitio, et divinorum operum creatura est. Id
[illegible] prosequitur lib. 2º, c. 8 de vocatione gentium: cui [illegible]
Gregorius lib. 12 [illegible] c. 8, et in Psalmum [illegible] ad illa verba:
Unanimiter et multum misericors, subdit: Vocat undique ad exercitiones,

vocat undique ad poenitentiam, vocat beneficiis creaturarum, vocat imbuendo tem[illegible] vivendi: vocat per lectores, vocat per tractatores, vocat per internam contractionem, vocat per flagellum correctionis, vocat per misericordiam consolationis etc. [illegible] [illegible].

## Controversia 2ª

## De auxilio sufficienti divinae gratiae

Post explanata munia sufficientis et efficacis gratiae aggredimur [illegible], ut quid hinc faciamus ad efficacem. quae autem scholasticae explicationis dividat sufficiens gratia, duplici [illegible] resolvimus: priorem una essentiam, et necessitatem gratiae sufficientis exponet: altera ~~[illegible]~~ disseret de subiectis, quibus a Deo providetur auxilium gratiae sufficiens.

## Disputatio 1ª

## De essentia, et necessitate auxilii sufficientis

### Caput 1um

### Explicatur ~~[illegible]~~ quid sit auxilium sufficiens et efficax divinum.

Efficax aequivoca vox est, ut opportune notat Pater Suarez lib. 4 de Auxiliis cap. 8: solet enim aliquando usurpari pro ~~[illegible]~~ potentia efficiente, sive pro effectiva virtute cuiuscumque generis efficientis. Et in hac ~~[illegible]~~ usurpatione [illegible] [illegible] sufficiens ab efficaci ~~auxilio~~ auxilio ad actus supernaturales; nam sufficiens auxilium includit rationem potentiae efficiendi, sive efficientis virtutis. Immo addo auxilium insufficiens [illegible] ab efficaci iuxta hanc vocis usurpationem: quia auxilium insufficiens est [illegible] virtutem aliquam efficiendi habet, sed non totam necessariam: [illegible] quod virtutem aliquam habet, [illegible] auxilium efficientibus; non [illegible] causam inadaequatam efficacem [illegible]

generica: quod auxilium insufficiens est efficax, quatenus efficax remittit pro effectivo.

Alia longe diversa comparatio eiusdem termini communissima 179
apud Theologos, quatenus scilicet efficax auxilium, ut notavi num. 48, remittit pro auxilio determinante, et inferente effectum, ita ut non solum tribuat posse sed etiam operari. In hac acceptione efficax auxilium nexio est simpliciter sufficiens: implicat enim quod praestat, et inferat effectum quin ponat simpliciter, et absolute. Tale auxilium sufficiens simpliciter est quod constituit posse simpliciter, et absolute. Ergo in hac acceptione efficax auxilium nexio est simpliciter sufficiens; adeo adeo auxilium praecise sufficiens, sive relative praecise, nec excludit efficax, nec excludit ab efficacia. In aliis auxilium sufficiens, ut distinctum ab efficaci debet esse pure sufficiens: etenim auxilium pure sufficiens in esse talis includit negationem operationis: ergo eo ipso distinguitur ab efficaci ut talis: ergo. Probatur minor: quia auxilium efficax ut tale, sive in actu primo includit ipsam operationem; vel saltem in actu primo includit infallibilem illationem operationis: sed ab auxilio ut includente operationem, aut infallibilem illationem operationis, distinguitur nexio auxilium ut includens negationem operationis: siquidem auxilium ut includens operationis negationem, pugnat essentialiter cum auxilio ut includente operationem, vel infallibilem illationem operationis: ergo eo ipso quod auxilium pure sufficiens in esse talis includat negationem operationis, distinguitur ab auxilio efficaci ut talis.

Status

Praesens igitur difficultas est, an in hoc sensu detur auxilium sufficiens ab efficaci distinctum, sive auxilium pure sufficiens ac actus illatione. 180
nalis posse expedita proxime ad actum nalem honestum pertinet ad hominem
qua rationalis voluntatis est, supernalis autem posse pertinet ad hominem, qua ele
vatus est, et provocatus speciali illa solicitudine Dei ad supnalem beatitu
dinem: unde posse utrumque servant inter se proxima ordinem: quod est hoc propri
us est quam elevatum esse.

Dein deducimus voluntatem se liberè determinan 222
tem ad actum honestum misericordiae vg. concurrere duos actus, nalem unum
et alterum supernalem. Probatur: nam volens se liberè determinans ad operandum, secum
simul determinat, et trahit ad operationem caetera principia concurrentia ac
tum ejus proximum excitatorium suum, ut notum est: sed volens in ea hypotesi
ut habet apud se principia concurrentia duplicem actum ejus proximum
excitatorium suum, unum nalem, et alterum supernalem: quod se liberè determinans
ad operandum, secum simul determinat, et trahit ad operationem principia
concurrentia utrumque actum ejus proximum excitatorium suum: minor ex hypothesi
ut sequitur, et ea bona est. aliter: quod ponit duos actus misericordiae, et
alterum supnalem. Probo antecedens: nam quando duae causae adequatae heterogeneae
nec concurrunt ad attemperant suum ad eundem effectum, sed suum quaelibet
habet diversum effectum producit: sed in ea hypotesi volunti cum duplici
illo actu proximo, concurrunt duae causae adequatae heterogeneae ad ope
randum circa obiectum misericordiae: quod suum quaelibet diversum effectum producit;
atque adeo volens cum utriusque generis principiis ponit duos actus.
minor est certa: quia habitus heterogeneae sunt duae causae in ea hypotesi deu

concurrentes; siquidem una est naturalis, et adaequata ad actum naturalem; alia vero supernaturalis, et adaequata ad actum supernaturalem. Minor probatur: nam attemperare concursum est propria conditio causarum homogenearum, et potentiarum natura sua ponentium eundem effectum: unde heterogeneae causae, et ordinatae natura sua ad diversos effectus non attemperant concursum, ut vulgari intellectione potest discerni.

223 Dices: si in ea hypothesi duae illae virtutes causae attemperarent concursum, et producerent unicum meritorium actum, ille esset supernaturalis; siquidem ad supernaturalitatem sufficit quod actus procedat ab aliquo supernaturali principio, ut sanctus Thomas docet. Ergo in quacumque hypothesi voluntas libere producens actum honestum, produceret solum supernaturalem, et nullum naturalem. Probatur consequentia: quia, ut probatum manet, in quacumque hypothesi voluntas potest libere ponere actum honestum, concurrunt duae illae causae adaequatae: unde si pro adaequatione sua attemperarent aliquando concursum ad producendum unicum actum supernaturalem, semper attemperarent. Contra hoc: sed admitti nequit quod voluntas ponens actum honestum, nunquam ponat actum naturalem: ergo nec admitti potest quod in ea hypothesi duae illae causae adaequatae attemperent concursum, et producant unicum meritorium actum. Antecedens patet: nam existere actus naturales honestos distinctos a supernaturalibus, et salutaribus, qui pro quanto steriles, sive non salutares appellantur, communissima theologorum sententia est, et quod aperte videtur ex Tridentino sessione 6. canone 1. ubi anathema dicit ei, qui dixerit, hominem suis operibus, quae vel per humanae naturae vires, vel per legis doctrinam fiant, absque divina per Jesum Christum gratia posse justificari coram Deo: quod supponit possibile fieri aliqua bona opera viribus naturae sine gratia supernaturali; siquidem Pelagius ibi damnatus solis bonis operibus justificationem tribuebat, idemque colligitur ex frequenti illa Patrum locutione, quam

notaui

... numero 223.

tum ... Quod a nobis adducta enervat veritas 224
... suo Pater Oviedo 1a 2ae tractatu 7 controversia 3 n. 71,
... acerbius invehitur dualitatem actuum, tanquam ... bonae philosophiae. Nam inquit, duo principia adaequata ... adunantur ad producendum unum effectum: ergo hae duae causae adaequatae producunt unum actum. Patet 2a: nam siquid obstaret, maxime supernaturalitas unius, et naturalitas alterius: sed hoc non obstat, quia ad productionem eiusdem actus adunantur potentia naturalis, et habitus supernaturalis: ergo etc. Sed facile aliquis ans: duo principia adaequata, si ex natura sua ordinentur ad unum specifice effectum, adunantur etc., concedo: si ex natura sua ordinentur ad diversos specifice effectus, adunantur etc., nego ans, et conseq. Consequentiae probatio est infirma: non enim maiorem, quia neque supernaturalitas, neque naturalitas impedit adunationem utriusque causae; sed quod utraque sit adaequata in diversa specie, atque adeo destinata ad diversum effectum. Unde potentia, et habitus extra rem afferuntur: quia ad producendum vitalem actum supernaturalem neque potentia est adaequata causa, neque habitus supernaturalis, sed ex utraque resultat una quaedam adaequata virtus.

Subtilius videntur obiicere Recentiores. Voluntas proxime, et immediate libera ad duos actus, potest unum ponere altero non posito. Sed voluntas in ea hypothesi est proxime, et immediate libera ad duos illos actus: ergo potest unum ponere altero non posito: quod non semper, quod se determinat libere ad amorem obiecti honesti sub illa duplici potentia proxima, producit naturalem simul, et supernaturalem amorem. Respondeo distinguendo maiorem. Voluntas proxime, et immediate 225

libera

libera ad duos actus inuicem separandos, potest vnum po
nere altero n̄ posito, nego: voluntas proxime, et immedia
te libera totum ad ponendum, et n̄ ponendum vtrumque actum,
potest vnum ponere altero n̄ posito, n̄o maiorem: similiter
que explicata minore dependenciam vtrumque n̄o. itaque
n̄ est eadem libertas ad separandum vnum actum ab alio, ac
libertas ad ponendum simul vtrumque. voluntas ergo, quod
circa obiectum misericordiae vg. constituat proxime libera ad eli
ciendum duos actus, vnum naturalem, et alterum supernatura
lem, libera est tum ad ponendum vtrumque simul, tum ad
ponendas simul carencias vtriusque; ceterum n̄ est libera ad
ponendum vnum sine altero: si enim vterque actus tendit ad idem
materiale obiectum, et sub eodem formali n̄ datur sufficiens
cognitio, vt voluntas vnum ab altero libere separet; se videli
cet ad vnum, et n̄ ad alterum determinans, aut secum deter
minans principia vnius, et n̄ secum determinans principi
pia alterius: voluntas igitur se determinans ad amandum tale
obiectum honestum, secum simul determinat principia vtrius
que actus, ac proinde ponit vtrumque.

226 Instet aliquis, volun
tas se libere determinans in ea hypotesi ad amorem hones
ti obiecti naturalem, vel manet libera ad amorem eiusdem
honesti supernaturalem, ~~[illegible]~~ vel n̄ est. si manet libera: ergo po
sito amore naturali potest n̄ ponere supernaturalem, atque adeo
actum vnum ab altero seiungere. si autem n̄ manet libera:
ergo supernaturalis actus n̄ euadit liber, atque adeo nec salu
taris. nego, voluntatem se libere determinantem ad actum natu
ralem, se simul determinare ad supernaturalem necessario

necessitate

necessitate productionis vtriusque actus; non autem nasio necessitate productionis. voluntas enim non necessitatur ad producendum vtrumque actum; ceterum necessitatur ad producendum vtrumque ex suppositione, quod se libere determinet ad producendum. vnde voluntas scilicet libere determinans ad vnum, se libere determinat ad vtrumque; atque adeo supposito, quod se determinet ad vnum manet necessitata ex suppositione ad alterum: sicut ex suppositione quod se determinet ad vnum manet necessitata ex suppositione ad eundem, quin propterea vel minimum laedat libertas; siquidem voluntas non manet antecedenter necessitata, et ab alio, sed tantum consequenter, et a se ipsa.

Altera 227 praecipua difficultas contra statutam doctrinam desumi potest ex Augustino, eximio gratiae doctore. etenim libro 2o de peccatorum meritis cap.e 17 scribit: iam quisque nostrum bonum opus suscipere, agere, implere, nunc scit, nunc nescit; nunc delectat, nunc non delectat, vt nouerit non suae facultatis, sed Diuini muneris esse, vel quod scit, vel quod delectat. censet igitur non semper adesse illuminationem, et affectionem gratiae, quod identidem repetit cap.e 19, et libro de bono perseuerantiae cap.e 13. eidem etiam subscribit Diuus Prosper libro 2o de vocatione Gentium cap.o 3, vbi illuminationum dilationes experiencia ipsa demonstrare fatetur. Respondeo ex numero 206, Augustinum non loqui de subtractione auxilii sufficientis simpliciter facta homini habenti voluntatem proxime expeditam ad actum honestum naturalem; sed de subtractione auxilii vberioris sufficiente, aut etiam efficacis. Imo clare hoc exprimit cap.e 19, vbi ait, Deum sanctis

etiam

etiam viris n̄ tribuere aliquando victricem delectatio
nem: quæ enim est victrix delectatio, nisi affectibus illa
gratiæ, vel adeo intensa, vel congrua, ut torpentem voluntatem inflammet, pertrahatque ad operandum? neque ali
ud voluit dīvus Prosper, nisi illuminationum supernatu
ralium dilationes dari, quando n̄ dat̄ pōa proxime expedita
ad amplectendum honesto actu naturale obiectum: quod et nos
fatemur, nisi forte in eventibus notatis numero du
Centessimo Decimo tertio. Sed hæc de sufficienti gra=
cia hic Sufficiant.

finis Dist. bertiæ

en nihil deest.

# Otrober

## Sia tertia.

### De auxilio efficaci.

Ad istam tandem auxiliorum divinae gratiae partem devenimus, 228
auditores, quae tum hoc praesenti, tum etiam elapso proximi saeculo ad acerri
mas altercationes doctissimorum hominum ingenia provocavit. Una ex illis quae cum
libertate arbitrii concordia eius concordantiae animorum [illegible] excitavit [illegible]
iudicium actum productus probat Scotus [illegible] de supernaturali, [illegible]
Calvinistae [illegible] fabellas aliqui singulari [illegible] aut absurditate turpiter
[illegible] curaverunt. Sed ab impositis criminibus calumniosis
[illegible] vindicarunt satis Patres [illegible] de Molina, [illegible] Iesuitae scho
lae Suarez, [illegible], Annatus, Petrus Leonardus et tandem Gabriel
de Henao tomo integro [illegible] scientiam mediam historice propugna
tam. [illegible] mouent fabellae [illegible], quibus [illegible]
[illegible] in re adeo seria, [illegible] patrocinio et argumentorum [illegible] in
libertate [illegible] alcerere conamur [illegible].

### Disputatio I.

### [illegible] status [illegible]

### Caput I.

### Indicata difficultate [illegible] notatu digna

Non [illegible] 229
de auxilio potentiali efficaci, quod cum sufficienti [illegible], ut notavi n. 196,
sed de auxilio actuali efficaci disputare [illegible] nobis [illegible]
in praesenti est. Ubi [illegible] suppono [illegible] auxilium actuale sive [illegible]

efficax appellari posse, 1a actualiter ponit operationem, 2a actua
liter infert ponendo infallibiliter. Primo modo appellet efficax, auxilium efficax
operatur cum adiuvante, aut cooperante: et a nemine negatur, nec potest
sine impietate negari, ut liquet ex n. 4o, et 11. Secundo autem auxilium ideo dici ef-
ficax, quia infallibiliter infert operationem, non defuere theologi negantes
auxilium efficax in hoc sensu, oppressi ut difficultate conciliandi infal
libilitatem itaque illationis operationis cum libertate, et necessitate, quae ad sa
lutarem operationem, namque a catholicis theologis indubitatum est, ut fusius
ostendit Suarez tomo 3o de [illegible] 14, et 15. Nihilominus auxilium ita effi-
cax, ut infallibiliter connectatur cum operatione, et per illud Deus fa-
ciat infallibiliter, ut operemur salutares actus, a nobis tanquam certum
habetur, ut diserte explicat Suarez lib. 4o de auxilio cap. 9.

23 Cuius
modum conciliandi difficilis nam voluntas debet poni cum libertate indiffe
rentiae, ita ut nihil ipsam cogat, nihil determinet ad operandum, sed pro libito
possit divino auxilio praevenienti, et moventi resistere; quomodo Deus
movere potest infallibiliter voluntatem, eamque auxilio efficaci inducere inde fiat
ut illa velit ad operandum? Videtur itaque naturae pugnare, ut diminuat libertatem in-
fallibilitas, et efficacia auxilii; vel pro libertate voluntatis exhibenda necessario ponit fal-
libile, atque inefficax infallibile, et efficax auxilium quia ipse via potest in con
cordiam adduci cum integra voluntatis libertate infallibilitas, et efficacia
auxilii. Non latuit Augustinum difficultas; nam lo de gratia Christi cap.
47 dicit: ista quaestio ubi de arbitrio voluntatis, et Dei gratia disputatur, ita ad
discernendum est difficilis, ut quando defenditur liberum arbitrium negari vi-
detur Dei gratia, quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri.
Eandem ipse difficultatem exagitat, [illegible] libro de gratia, et libero arbitrio
cap. 4o [illegible] Lessius cap. 8o [illegible] sed [illegible]
quam ad exactam explicationem addit, ut inter alios viros doctos doctissimus

Observat Pennet. l. 2.o propugnaculi humanae libertatis c. 24. et Gra ... in Evidentiis c. 22: forte quod eo loquebatur contra dictos hereticos qui liberum arbitrium liberum esse negabant, quin supposito arbitrio existente ... concursus utriusque negarent.

Supponendum ... 231

a nobis ... actum, et infallibile quatenus actualem ... operationem ... actualiter existentis ... Sed ... efficax in actu ... ratione habet infallibilitatem ... ita ut quatenus praescientiam ... efficax. de hoc ... intelligentiam ... et libero arbitrio c. 20 ... Deo ... dominium humanarum voluntatum, ut eas quo voluerit, et quando voluerit faciat inclinari. Alia ... Iulianus c. 9. et l. de praedestinatione Sanctorum c. 6. 8. 9. et 13. Idem ... iungit in rescripto ad universam Societatem dato P. Claudius Aquaviva Praepositus Generalis, anno de 1613, ubi praecipit, quod nostrates ... esse eam ... quae ... traditam ... Summis Ecclesiae Pontificibus Clemente 8.o et Paulo 5.o tanquam magis conformem Sancto Augustino, et Thomae explicata, et propugnata ... Addit: nostri in posterum ... eam gratiam ... efficax ... et eam quae sufficiens nominant ... in actu ... in ipso actu ... scientia conditionatorum, et efficaci Dei proposito atque intentione efficiendi certissime in nobis bonum, de industria ipse ea media ... ea modo, et tempore ... quo videt effectum infallibiliter habitura: alias ... praevidisset.

Suppono ... efficaciam ipsius ... 232

ita esse essentialiter infallibilem, ut proxime contradictionem implicet iungi cum ... et talis sive cum adaequata ... ad operandum,

55

operationis carentia: nil enim implicantius fingi potest quam infallibilitas, fallibilitas, et efficacia inefficax contra eadem terminorum repugnantia. Sed efficacia, et infallibilitas efficaciae auxilii est essentialis efficacia, et infallibilitas: si autem est essentialis hoc ipso quod est ipsa efficacia, et infallibilitas efficaciae auxilii repugnat essentialiter esse inefficax, et fallibile: quod essentialiter repugnat coniungi cum operationis carentia. Consequentia est evidens: quia operationis carentia auxilium reddit inefficax, et fallibile, siquidem illius virtutem fallit, et eius effectu decipit. Omnes in hoc Theologi conveniunt, et maxime conveniant in explicando principio, unde sumitur ita incompatibilitas efficaciae, sive efficaciae auxilii vt talis, cum carentia operationis.

233 Hinc ingens controversia oritur Theologos inter Dominicanam familiam, et Societati Iesu (scilicet) conscriptis essentiale efficaciae, quo auxilium efficax ab inefficaci et pure sufficienti distinguitur, vt notavi n. 49. Controversiae status hic est, vt scilicet inquiratur, vtrum auxilium praeveniens efficax et auxilium pure sufficiens ita comparentur per intrinsecam entitatem suam, vt seclusso quovis extrinseco distinguantur essentialiter inter se? Sane inter se distinguuntur essentialiter seclusso quovis extrinseco, si efficacia, et infallibilitas auxilii efficacis intrinseca adequate dicatur: sic enim auxilium efficax habet essentialem gradum, quo caret pure sufficiens. Clarius et brevius: quaeritur, an entitas auxilii efficacis ad + repugnet ab intrinseco cum actuali dissensu, sive cum carentia consensus? Affirmant communiter Dominicani; sed pernegant Societatis Theologi. Atque haec sane tota, et princeps vtriusque familiae dissensio, dum efficaciae auxilii concordiam cum voluntatis libertate investigat.

234 Unde colliges, extare extra chorum quaestiones alias, quas multi adversariorum, quaerentes aut latebras, aut calumniandi occasionem, solebant intermiscere. Tales sunt istae: vtrum auxilium sit vitalis qualitas, aut non vitalis? vtrum auxilium habeat virtutem

+ consensum

actus salutaris producens physice, vel solum moraliter. Utrum autem sit entitative supernaturalis. Et quidem sola gratia a n. 55 satisfecimus: deinde a n. 129: et 132 a n. 208; sed illas a praesenti difficultate abstrahentes, adeo sunt non minus sufficienti quam efficaci auxilio indicemus. Sive enim efficax gratia sit vitaliter, et valitas, sive non vitaliter; sive virtutem habeat physice producendi, sive duntaxat; sive entitative supernaturalis sit, sive solum quoad modum: facile omnibus in praesenti omitted advertamus, neminem esse omnino non se adaequate internum auxilium fateant.

Suppono 1.° directe veritatem [illegible] auxilium indeliberatum, illud ut, quod a Deo fit in nobis sine nobis, ut diximus in n. 83, et 84. 2.° auxilium deliberatum: nam actum deliberatum, et efficacem posse esse auxilium actualiter [illegible] diximus n. 85, inde colligimus n. 87, non esse auxilium physice, et intrinsece efficacem liberam et maxime impedientibus. 235

Caput [illegible]

Quis auxilium sit [illegible] experimentum

[illegible] ad 236
immediate contradictionem a [illegible] verius [illegible] sit, cum tamen etiam multo [illegible] excogitari possint, et referri [illegible] sit Dominicanorum efficacis auxilii [illegible] in physica praedeterminatione, quod probem [illegible] duo itaque principia [illegible] ex quibus [illegible] pendent, [illegible], ante [illegible] [illegible] [illegible] (prioritate [illegible]) motione physica [illegible], quae [illegible] et actualiter [illegible], et ita haec efficacia sibi intrinseca, ut [illegible] [illegible], quod talis praemotio [illegible] simul cum [illegible], vel cum [illegible] [illegible]; [illegible] cum [illegible]. Unde sicut physica praedeterminatio per [illegible] connexionem, et [illegible] [illegible] [illegible]:

ita causam praedeterminationis inferri cuiusque operationis. ... nobis liberum non esse libere praedeterminationem physicam, sicut neque illius causam: ... quae divinitus extenduntur ad actus bonos, et malos salutares, et flexibiles, imo uno verbo ad omnes dico liberos actus, quae ita petit sub

Sola[+] ordinatio esse Dei, et indifferentia est libera. et hac sola sententia, dici tenent posse infallibilitatem auxilii, providentiae, et scientiae Dei cum humana libertate; ita ut contradictionem implicet, quod arbitrium videat a Deo, vel operari, vel operaturum sub auxilio antecedente indifferenti, et separabili cum causa operationis.

237 ... Praedeterminationis libe... quam ad praecedentem efficaciam auxilii physica dicunt, ... ex duobus haec minibus vocabis auxilio entitative aequalibus, non posse alterum determinare ... alterum. ... non esse in potestate arbitrii divinam gratiam

praevenientem reddere inefficacem auxilium efficax, aut inefficax reddere efficax. ... divisionem esse efficaciam, et inefficaciam non fieri per membra extrinsece diffinita. ... ante omnem praevisionem determinare liberum per Deum determinare efficaciam auxilii salutaris. ... non posse praevideri actum liberum sub conditione, quin praecedat libertatem efficax eiusdem. ... scientiam mediam nullam non esse ad praedeterminationem. ... libertatem praedestinati sub praedestinatione non esse conciliandam ex praescientia determinati futuri conditionati. Subsequuntur et quaedam alia.

238 ... Secundo ita opponitur superioribus contradicentes assertiones ... defendit: non concedit, auxilium efficax, sive motionem, qua Deus ante omnem determinationem voluntatis voluntatem inclinat ad operandum, et per quam Deus facit ut voluntas humana velit, et faciat, non habere adaequate intrinsece sibi efficaciam, et illationem determinationis infallibilem; quin potius eiusmodi motionem, et auxilium efficax, non entitative distinctum, et praeter singulare ab ... est

consensum, ut dicunt ad cum Deo, et cum dissensu, aut carentia dissensus. Defectamen operans distinctum per entitatem ipsius auxilii, et dissensum futurum, sive absolute, sive conditionate unde efficacia ducunt partialiter ab arbitrio praevento a gratia: non quia arbitrium tribuat auxilio virtutem excitandi, aut agendi, quam sibi identificatam habet auxilium; sed quia arbitrium se determinans, seu quia simul determinans auxilium ad agendum tribuit ipsi connexionem infallibilem cum dissensu, quam ex se auxilium non habet. Una itaque efficaciae pars est ipsa entitas auxilii praebentis, quae non pendet a libera determinatione arbitrii; sed altera efficaciae pars est dissensus futurus sive absolute, sive conditionate: unde ex hac secunda parte sive inadaequate dependet efficacia ab arbitrio, et ab ipso dissensu; ab arbitrio quidem in genere causae efficientis, et ab ipso dissensu in genere causae materialis, aut constitutivae.

Hinc deducuntur 239

deducunt quaedam magni momenti consectaria: 1° efficaciam auxilii adaequate sumptam non antecedere prioritate causae, et causalitatis operationem arbitrii, quidquid sit de ipsius conditionalitate; efficaciam vero auxilii constitutam ex operatione conditionate futura praecedere operationem absolute futuram prioritate causae, sive in substantia ordinata, quatenus [illegible] valet ab operatione absolute futura ad eandem conditionate futuram, et non valet e contra. 2° Hac sola via saluari posse infallibilitatem auxilii, providentiae, et scientiae Dei cum humana voluntate; ita ut contradictionem implicet, quod arbitrium dissentiat a Deo, sed operari, sed operaturum videre sub auxilio intrinsece efficaci, et incompossibili cum carentia operationis. 3° Ex duobus hisce vocari auxilio entitative aequali posse alterum dissentire dissentiente altero. 4° Esse in potestate arbitrii divina gratia praeventi absolute loquendo reddere inefficax auxilium efficax, et inefficax reddere efficax. 5° Divisionem gratiae efficacis, et inefficacis fieri per membra intrinsece differentia. 6° Non posse Deum ante suam praescientiam dissensus liberi discernere efficacia actus salutaris. 7° Posse praevi-

deri

adeo Henricus liberum sub Actione, qui eum praecedat decretum efficax cum de 8°, scientiam mediam esse necessariam ad praedestinationem, quia contra tamen praedestinati sub praedestinatione esse scientiam ex praescientia [illegible] conditionati [illegible] et aliqua colligunt ad [illegible] magis spectantia.

240 Cum tot tantasque contradictorie oppositas assertiones utraque schola defendat, mirum non est quod glotomachi videantur Caramueli, ut in Theologia [illegible] quae prius notavi, et dictis notatis videntur ad P. Henao in illo tomo de Scientia media [illegible] T. Igitur Caramuel homo subtili ingenio, et qui alii acute videt, hic plane sequitur vitium est: nam in theologia sua fundamentali c., et fundamento [illegible] contendit asserere debet Dominicano 3° syllogismo ad Iesuitarum opinionem cogi, 3° quoque Iesuitas ad Dominicanorum opiniones, eos in mirabilibus syllogismis modis, et figuris exponit. Itendit [illegible] discordia utriusque scholae circa concordiam [illegible] casui quae cum libertate esse mixtam glotomachiam, sive pugnam verborum, et nominum puerilem. Sed impugnatus [illegible] opiniones contradictoriarum [illegible] ne Iesuitae rideant, et Dominicani [illegible] fecerunt, ut quo [illegible] contendit Caramuelis diversarum frater Ioannes Martinez de Prado tomo [illegible] moralium quaestionum c. 3 [illegible]. Sed [illegible] nihil [illegible] chimeram [illegible] Caramuelis [illegible] quas [illegible]. Tandem de voce intendi [illegible] et non est [illegible] cum adeo delectet paradoxis hic auctor, ut palam affirmat se non intelligere id ipsum quod scit: etenim [illegible] sua theologia [illegible] intelligi debeat [illegible] nomine; Sed illud ipsum se intelligere nullo modo posse.

241 Regredior ad [illegible] utriusque [illegible] propugnare [illegible] mixtum immodo [illegible] Molina in Concordia [illegible] ex [illegible]

et tomo integro de vera intelligentia auxilii efficacis, P. Vasquez, Salmanticenses, Montoya, Montolla de Scientia Dei a n.° 33 ad sexagesimum et tomo de voluntate a n.° 21 ad 51: Lessius in Apologetico de gratia efficaci, Cardinalis Bellarminus, Tannerus, et alii, et alii quorum copiosum syllabum texit Paulus Leonardus parte 3.a Disputationis n.° 11. Denique ad unum Societatis Theologi in hoc conveniunt quod audacter improbent praedeterminationem physicam praedeterminationis, et decretis liberae voluntatis praedeterminantibus. Admittunt praeterea efficaciam auxilii et dependentem ab ipsa libera operatione; aliqui tamen eo aperte declarant alterius dependentiam; alii qui volunt efficaciam desumi a libera per ipsa liberae operationis conditionate futurae, alii per scientiam mediam, aut decretum habens post scientiam mediam. Praedictis Patribus favent plures alii doctissimi ex aliis familiis, et illustribus academiis, ut recenset Leonardus parte 2.a et Henao Conciliatione 42.

Bellarminus ipse vir eius pietate, et doctrina illustris splendent, sed physicae praedeterminationis primus inventor est, aut certe, fuit Frater Dominicus Bañez qui primus illam publicis literis signavit anno 1584: edidit Commentarios in 1.am partem. Itaque aut ab illo aut ab alio certamine excogitata ea sententia est, de quo videndus Henao Conciliatione 41. Eiusdem ferme tempus physicam praedeterminationem, et praedeterminantia decreta promovere, ac illustrare conati sunt Frater Didacus Alvarez, Ledesma, Navarrete, Lemos, aliique deinceps, ut apparet ... in hac antiquus praedeterminationis ortus, cuius nobilitatem erudite ostendit Frater Petrus a Sancto Ioseph Cisterciensis in ... De fensio Sancti Thomae Aquinatis doctoris Angelici ... praedeterminationis physicae adactae literis et falso ascriptae ... manus ... ex Thomistis, qui ante quinquaginta annos scripserunt, ... determinationem physicam unanimi Thomae et libertati fere adversam repudiavere: nec dubitet · <br>242 + n.° 1 ... haec verba

quin Doctrinae ad mentem Sancti Thomae etc.

Dominicanos

243 Communissima hodie doctrina est etiam inter Dominicanos physica praedeterminatio, et praedeterminans decretum Dei quamvis in tanto consensu in lubrico dissenserint: nam alii praedeterminationem docuere distinctam ab illustratione, et affectione intellectus: alii dicunt esse qualitatem mediam inter auxilium sufficiens, et actionem voluntatis liberae; alii non qualitatem, sed actionem, et ex his rursus alii sentiunt esse quandam Dei actionem qualitatis distinctam ab actione arbitrii; alii esse actionem Dei qualitatis identificatam cum actione arbitrii, sed non proximi. Item alii praedeterminationem requirunt ad omnes effectus causarum secundarum, alii ad solos effectus naturales, alii ad solos liberos, alii ad solos effectus bonos moraliter liberos alii etiam ad malos denique in conciliandia libertate, et auxilii efficacia cum praedeterminationis necessitate non est una omnium mens, ut dixi explicando. Alia demum est praedeterminationis sententia Dominicanorum qui praedeterminationem physicam, in qua efficax auxilium arbitrii trahit stitit, ad omnes actus liberos ponunt maxime distinctam volunt ab illuminativa, et affectiva gratia; hos praecipue impugnare intendimus, non omissuri intendere aliorum refutationem.

244 Eo tamen omnia sincere excitabimus, quo major est, et supra omnes theologicas sententias: neutra enim ex duabus propositis sententiis notari impune potest. Theologica sententia seu opposita partium Doctorum aut acribus dictis, aut aculeatis litteris dicerari, est ex Pontificia prohibitione, quae in ipsa operis praefatione indicavimus apostolicae sanctionis sancte observavimus: etsi non levia doctorum plaustra ab adversariis accumulata scripsisse legerimus, de quibus monuimus per diversos tomo 1o de gratia Prolegomeno 3o capite 5o num. 5o dist.: dicta medicinam magni momenti, et doctrinae in hanc usque ambiguam etc. quin etiam post apostolicae sedis interdictionem evulgatas novas praetermittant scissuras causa

Carmelitæ Scalceati in cursu Theologico tomo 1° tractatu 3° disputatione 12 n 120, et tota § 2, quibus e suo penu aliquid addit frater Ioannes a Sancto Thoma tomo 1 in 1ᵃ partem disp. 20 articulo 1 § scientia media, et § hanc sententiam.

Omnino tamen 245 notandum huic est, potissimum non esse motivum, quod in opposita sententia includitur aliquid adversum fidei, aut bonis moribus; verum quod ex prædeterminante sententia sequatur non dari sufficientem gratiam homini peccanti, aut non relinqui libertatem necessariam ad meritum, aut Deum esse Authorem peccati. Has, et similes collectiones colligere licet, et probare. Si enim nulla theologica censura nota physicæ prædeterminationi ascribit expresse. Siquis autem, quod averrat Deus, eiusmodi collectiones crederet, forte esset illum hæretici nota inurere, et nefas non inurere. Eorundem præterea nobis non denegandum veniam, quam ibi captat frater Ioannes a Sancto Thoma tomo 1 in 1ᵃ parte pagina 659 ubi producta quorundam censura contra nostram sententiam, subnectit: hæc illi, nos verba refferimus, non censuramus, neque eadem censuram refferimus, nec censuram acceptamus. Eadem pro nobis dicta sunto, ut si quando indicaverimus quid alii censuerint de auxilio prædeterminante, iudicemur scribere per modum narrationis formam, et procul ab animo sententia.

## Caput 3ᵘᵐ

Alienissima est præsens libertas a libertate Divi Augustini cum pelagio.

Alienissima est quid adversarios pelagianismi accusatio, quæ in sententiam nostram retorquent. 246

Nobis

[illegible] Pelagio, et [illegible] Patronos benigne tribuunt, si
bique totum Augustinum vendicare satagunt. Tendunt itaque
strobesiq Augustini cum Pelagio esse hanc ipsam, quae cum ipsis
nos agimus: Pelagium negasse gratiam phisice praedeterminan-
tem, et quam illa totis viribus amplectebatur, et protegebat
Augustinus. Sic pronuntiat Illustrissimus Albarez libro 2 de
auxiliis disp. 22 n. 30, et disp. 92 n. 13, et libro 3 responsio
num cap. 4: Nabarrete, Gonzalez, aliique nobiores, quos ad
dit Ripalda disp. 10 sectione 11. Nihil autem in tam sini-
stra accusatione non leve solatium est, quod Calbinistae, et Lute
rani integerrimis Patribus sacrosancti Concilii Tridentini Pela
gianismum etiam audeant imputare, eo quod talem esse naturam Di
uinae vocationis definierint, cui resistere possit arbitrium, ut
probat Paulus Leonardus parte 2 numero 99.

247 Sed quia non est ani
mus Criminatores recriminari, ideo in deffensionem non adduci
mus eorum testimonium, qui censent, Praedeterminatistas a Cal
bino, et Lutero distingui quoad solas voces. Ita enim exprimit
Catholicae doctrinae propugnator eminentissimus Belarminus
libro 1 de gratia, et libero arbitrio cap. 12, et libro 4 cap. 14.
Lesius stig doctrina, atque pietate non impar in apologetico pro
gratia efficaci cap. 3. Plures praeterea extra societatem, ut illustr
issimus Mascareñas tractatu de auxiliis disp. 2, parte 3 nu
mero 9: Doctor Pariciensis ex ordine sancti Augustini in libe
llo, cui titulus, Calbinissimus bestiarum religio. idem approbat
frater Dominus a sancto Ioseho in defensione sancti Thomae secti
one 10, § 4, et in concordia suaui disp. 2 sect. 4; Gabriel
Pennotus in propugnaculo humanae libertatis libro 1 cap. 10, nu
mero

mero 8 post Tridentini Verba subdit: cum autem Authores dic-
tæ responsionis hæc omnia admittant, et in eo solum differant, quod
hæretici nollent voluntatem creatam, quæ subsitat huic necessitati
vocari liberam; tota certatio inter hos, et illos erit solum, an vo-
luntas, ut subsistans huic necessitati dicenda sit libera, nec ne? et
sic tantus aparatus, et strepitus erit solum de modo loquendi. Et qui-
dem ipse Didacus Albarez libro 3 de auxiliis disp. 22 n. 30 fa-
tetur se convenire cum Hæreticis in antecedenti de prædetermina-
tione, et solum dissentire in con. de libertate ablata: quod Alonzo
etiam responsum esse memorat Frater Ioanes a sancto Thoma 1.a
parte disp. 20 art. 7 § igitur cum nobis.

Supono nihilominus, doctissi- 2.48
mos, atque religiosissimos Dominicanos habere solutiones, vias,
quibus se discriminent a Calvinistis, et Luteranis, sicut etiam
a Baianis insinuatis n. 186. Nostræ certe sententiæ de auxilio
efficaci non prædeterminante demonstrant esse liberam, vel a teni-
ssima Pelagianismi suspitione exteri Theologi, Gabriel Pen-
notus libro 3 propugnaculi cap. 30, Mascareñas disp. illa 2.a
parte 7.a numero 18, frater Basilius legionensis 1.a parte relectio-
nis de necesitate gratiæ cap. 2 numero 6, frater Pius a sancto
Iosepho in præfatione tractatus de Diuina gratia, et in defensi-
one sancti Thomæ disp. 2 lectione 10 numero 9. Ut domes-
ticos sileam, qui passim sententiam nostram emaculatam demons-
trant. Sed inter omnes eruditissime id præstat Pater Monto-
ia citatus n. 241, per plures disputationes ostendens ignotam pe-
nitus, et inuisam Augustini fuisse, reliquisque Patribus, et scholas-
ticis prædeterminationis phisicæ, quam eo usque retundit ut in sig-
nis mactator prædeterminationis merito cognomine nuncupetur;

Pater

Pater etiam Suarez in sacra eruditione nulli secundus, qui quamquam libro 5 de auxiliis cap. 47 numero 1 asseruit ne vestigium quidem probabile praedeterminationis physicae apud Augustinum reperiri subnectit: non enim semel, sed saepius, totam Augustini doctrinam, praesertim ad hanc materiam pertinentem evolvimus etc.

249 ~~[illegible]~~ Probatur igitur facile relatio in titulo posita: nam controversia augustini cum Pelagio fuit de substitutibus sufficientiae, et non de substitutibus efficaciae: sed nostra cum praedeterminantistis controversia est de substitutibus efficaciae, et non de substitutibus sufficientiae: ergo distat omnino prima controversia a 2a. Consequentia evidens est, nec minus certa minor: maior constat a numero 3: Nam Pelagius contendebat ad consequendam salutem sufficere humanae naturae vires, et doctrinae legis, absque interna alia per christum gratia sive excitante, sive adiuvante, ut liquet ex canone Tridentini citato numero 223; semipelagiani autem, ut vidimus a numero 7, docebant internam illam auxiliantem gratiam esse quidem necessariam ad perficiendam, et augendam iustificationem adultorum, non vero adinchoandam, nam ad hoc sufficiunt naturae vires. Contra Augustinus cum Ecclesia decernit, naturales vires non sufficere, sed necessarium prorsus esse gratiam auxiliantem iuxta illud Christi apud Ioannem cap. 15: sine me nil potestis facere: et illius Apostoli 2a ad Chorinthios cap. 3; non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est.

250 Probo iterum argumento mihi plane demonstrativo. Sententia nostra concedit quidquid negabat Pelagius Augustino: sed sententia concedens quidquid negabat Pelagius non favet Pelagio: ergo sententia nostra non favet Pelagio: ergo

neque

q neque Pelagius negabat Augustino gratiam physice praedeterminantem, neque illam Augustinus petebat a Pelagio; atque adeo utriusque controversia diversa erat. minor est evidens. Consequentia liquet. liquet etiam 2a; nam si Pelagius negasset Augustino gratiam physice praedeterminantem, nostra sententia negans illam gratiam non recederet quidquid negabat Pelagius, sed negaret potius, quod ille negabat. maior ostenditur productis fideliter Augustini verbis, quibus totam suam controversiam complectitur: scribit igitur libro 1o de gratia Christi cap. 47: si quod senserit, (Pelagius) nobis, non solam possibilitatem in homine etiam si nec velit, nec agat bene; sed ipsam quoque voluntatem et actionem, id est, ut bene velimus, et bene agimus, quae non sunt in homine, nisi quando bene vult, et bene agit. si ut dixi senserit, etiam ipsam voluntatem, et actionem divinitus adiuvari, et sic adiuvari, ut sine illo adiutorio nihil bene velimus, et agamus; eamque esse gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, in qua nos sua, non nostra iustitia iustos facit, ut ea sit vera nostra iustitia, quae nobis ab illo est; nihil de adiutorio gratiae Dei, quantum arbitror, inter nos controversiae relinquet. ── In 2a

proposito testimonio sequitur, nihil aliud postulasse Augustinum, nisi quod Pelagius concederet necessariam esse supernaturalem gratiam ex meritis Christi collatam, et indebitam hominis arbitrio ad naturales vires collato; quae gratia auxilians non solum redderet potentem hominem ad volitionem, et operationem salutarem, sed etiam adiuvaret ad ipsam volitionem, et operationem. Plus nihil petebat Augustinus, et minus nihil negabat Pelagius, quod si concederet, sentiret omnino cum Augustino: sed nos ista omnia concedimus, ut ex 1a, et 2a controversia liquet: ergo concedimus quidquid

negabat

negabat Pelagius, et suadebat Augustinus. Confirmo: in praedicto testimonio nullum est verbum indicans gratiam auxiliantem intrinsece connecti, atque intrinseca infallibilitate inferre operationem hominis: ergo controversia Augustini cum Pelagio non est de gratia per intrinsecam connexionem, et infallibilitatem inferente operationem hominis. Antecedens ostendit: nam quod ibi exprimitur est, quod necessaria sit auxilians gratia Divinitus missa per Christum, quae non solum constituat hominem potentem, sed etiam adiuvet volentem, et operantem: sed in his conceptibus nulla includitur infallibilitas intrinseca, et connexio gratiae cum operatione: ergo. minor patet: nam habitus supernaturalis charitatis verbi gratia est auxilians gratia Divinitus missa per Christum, quae non solum constituit hominem potentem, sed etiam adiuvat volentem, et operantem in linea illius virtutis; nec tamen eiusmodi habitus infallibilitatem illam, et intrinsecam connexionem cum operatione habet. Rursus ipsa libera voluntas non solum constituit hominem potentem, sed etiam adiuvat ad producendum amorem liberum Dei, quin eiusmodi amorem inferat infallibiliter, aut cum illo sit entitative connexa.

252 Haec cum adeo sint manifesta, adversarii tamen huc, atque illuc tergiversantur. Obiiciunt primo: Augustinus in praefato testimonio petit gratiam, quae non solum reddat hominem sufficientem, sed etiam volentem, et operantem: sed gratia hominem non solum reddens sufficientem, sed etiam volentem, et operantem, est gratia efficax: ergo Augustinus petit gratiam efficacem. Distinguendo minorem: est gratia efficax ab intrinseco, nego: est efficax vel ab intrinseco, vel ab extrinseco, concedo minorem; sed consequentiam nego, et concedo sub eadem distintione. Itaque Augustinus contra Pelagium ponens hominem insufficientem suis viribus non solum ad posse, sed etiam ad velle, et operari, quae Divina

Scribit

controversia erat: petit auxiliantem gratiam ut necessariam non solum ad posse, sed etiam ad velle, et operari. unde quia gratia conferens cum hoc ad velle, et operari, ac propterea hominem reddens volentem, et operantem, est gratia efficax, saltem in actu secundo; Augustinus petens auxiliantem gratiam ad sufficientiam volendi, et operandi salutariter, petit indirecte gratiam efficacem; nullo tamen modo determinat constitutivum efficaciae, neque explicat ibi, an efficacia sit intrinseca, vel extrinseca auxiliantis gratiae: quia videlicet directa controversia erat non de constitutivo efficaciae, sed de constitutivo sufficientiae.

Obiiciunt secundo. Gratiam auxiliantem, quam ponebat Augustinus, ideo negabat Pelagius, quia existimabat tali gratia everti libertatem: sed hoc non existimaret, nisi talis gratia esset phisice praedeterminans, qualis a Dominicanis asseritur. ergo gratia auxilians, quam ponebat Augustinus, et negabat Pelagius, erat phisice praedeterminans, qualis a Dominicanis asseritur: atque adeo praeterita illa, et praesens nostra controversia est eadem. Hoc uno argumento rem totam confici, et de nobis triumphari censet Albarez, libro 2 de auxiliis disputatione 22 numero 30, et disputatione 92 numero 13, et libro 3 responsionum capite 4 numero 13, aliisque in locis. Sed triumphus sine victoria est. nego enim minorem, et residuo dubiem reddidi tum numero 2. Gratia igitur auxilians potest existimari eversiva libertatis duplici de causa: primo, propter dependentiam arbitrii, et indigentiam gratiae: secundo, propter connexionem entitativam auxiliantis gratiae cum operatione, et repugnantiam essentialem cum carentia operationis. 253

Propter primam causam, et non propter secundam reiiciebat Pelagius gratiam admissam ab Augustino; atque adeo diversissima controversia antiqua illa fuit ab hac praesenti. itaque existimat 254

Pelagius

87

Pelagius hominem non manere liberum ad requirendam salutem, si necessaria est auxilians gratia indebita ipsi arbitrio, et concedenda per liberam voluntatem Dei: sicut homo non est liber ad patranda miracula; quia ad hoc indiget gratia sibi indebita, et concedenda, aut neganda iuxta liberam voluntatem Dei. Hanc fuisse causam Pelagio negandi Augustinianam gratiam, constat primo ex concilio Diospolitano apud Palestinam: ibi enim inter recensendum Pelagii heretica aserta addit: decimo et non esse liberum arbitrium, si Dei indiget auxilio. Constat 2°: nam Concilium Cenomanense relatum a nobis numero 249, post apertam necessitatem gratiae contra Pelagium, ideo illum reffellit, quia licet necessaria sit gracia auxilians indebita, non tamen praeiudicat libertati, quia semper ea gracia in promptu est: haec autem ratio esset prorsus inutilis, si Pelagius censeret libertatem everti propter connexionem graciae cum operatione; nam licet gratia in promptu esset, persisteret tamen connexa cum operatione, atque adeo persisteret causa eversiva libertatis, et non reffelleretur hereticus.

255 Tertio demonstratur a ratione. Si Pelagius existimaret gratiam admissam ab Augustino evertere libertatem, eo quod esset phisice praedeterminans, et connexa essentialiter cum operatione, non admitteret talem gratiam ad facilius operandum actus liberos: sed illam gratiam admittebat ad facilius operandum actus liberos: ergo non existimabat talem gratiam evertere libertatem, eo quod esset phisice praedeterminans; sed alia de causa: Consequentia liquet: maior patet: nam implicat in terminis quod gratia ut evertens libertatem admittatur ad facilius operandum actus liberos; hanc autem evidentem terminorum implicationem non admitterent Pelagius, et Pelagiani, homines alias docti, et non

ignavi

ignaui, ut Augustinus ipse, et Divus Prosper testantur. Minor ē certissima, ita scribente Augustino de Pelagio libro 1° de gra Christi cap° 28, et 29: sed etiã hic vult intelligi adhuc esse auxiliũ, ut facilius fiat per graciam, quod et si minus facile, tamen putat fieri preter grãm. Ut quod per liberum inquit, homines facere iubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiã. Tolle facilius, et n̄ solum plenus, verum etiã sanus est sensus etc.

Obiiciunt 3° ex Ioane de sancto Thoma tomo 1° in 1a parte disp 3, articulo 3°: nostram sentenciã de auxilio intrinsece ꝯpatibili cũ carencia operationis tradi, si n̄ a Pelagio, saltẽ a Semipelagianis: hi enim admittebant auxiliũ supernaturale dans arbitrio sufficientiã: q̃ solum negabant auxiliũ predeterminans phisice, et essentialiter ꝯnexũ cũ operatione, pugnansque cum carentia operationis, quod et nos negamus. Sed ad hanc obiectionẽ respondet satis innocentius 10 damnans 4ã illam propositionẽ relatã a nobis numero 16°. Semipelagiani igitur errabant, n̄ q̃a ponebant auxiliũ intrinsece ꝯpatibile cũ carentia operationis, hoc ē auxiliũ tale, cui resistere possit arbitriũ; quod et nos ponimus, et ostendimus nario ponendũ Chatholicis. Sed errabant aliis de causis, quas dedimus a numero 6°: videlicet q̃a volebant istis naturæ viribus haberi posse meritũ auxilianti gratiæ, et predestinationis; imo et ꝯditionata opera esse proprie merita, aut demerita: quo nihil ē alienius a nostra sentencia. 256

## Disputatio 2a

3a phisicã predeterminationẽ pro parte 1a sententiã nrã; sententia

257 Sententia Societatis Iesu circa efficatiam Diuinæ gratiæ duas precipuas partes a nobis propugnandas includit, ut constat ex n. 238: eas seorsim deffendere statuimus charitatis gratia. 1. pars est exclusiua, quatenus videlicet negamus entitati gratiæ intrinsecè adequate efficatiam, et illationem operationis, atque adeo negamus gratiam efficacem esse posse phisicam prædeterminationem. 2. pars est positiua, eo quod positiue explicat modum efficatiæ repertum in Diuina gratia auxiliante, et componibilem cum perfecta arbitrii libertate. Presens itaque disputatio in priorem partem ostendendam incumbet: tum quia prædeterminatistæ libertatem destruentes intendunt componere libertatem cum efficatia gratiæ: tum quia tollunt de medio auxilium purè sufficiens: tum quia Deum Authorem peccati faciunt: tum etiam quia inducunt absurda alia non leuiter opposita sanæ, et veræ Theologiæ.

## Caput 1.um

### Phisica prædeterminatio lædit formalem libertatis usum.

258 Si proposita Thesis probetur efficaciter, sequens est ut in terminis implicet gratia phisicè prædeterminans ad actum liberum, et salutarem: eo enim ipso connecteretur essentialiter talis prædeterminatio cum formali libertatis usu, quem essentialiter excluderet. Probatur quoad 1. formalem usum libertatis lædit entitas faciens, quod voluntas libera non operetur ut libera; sed phisica prædeterminatio facit, quod voluntas libera non operetur ut libera; ergo formalem usum libertatis lædit. Consequentia est euidens; maior manifesta: quia lædere, aut impedire libertatis usum, nihil aliud est, nisi facere quod voluntas libera non utatur libertate sua, seu videlicet exercens ut liberam.

Minorem

minorem Probo: nam phisica prædeterminatio facit, quod voluntas libera non se determinet ad operandum: sed eo ipso, quod voluntas libera non se determinet ad operandum non operatur ut libera: ergo phisica prædeterminatio facit, quod voluntas libera non operetur ut libera. Consequentia negari nequit. ergo præmissæ sunt iam probandæ.

Duæ propositiones probandæ sunt: Prima phisica prædeterminatio facit quod voluntas libera non se determinet ad operandum. 259
Secunda: eo ipso quod voluntas libera non se determinet ad operandum non operatur ut libera. Probatur prima: nam quod voluntas libera se determinet ad operandum, nihil est aliud, nisi quod indifferentiam suam ipsa per actionem suam transferat ad determinationem: sed phisica prædeterminatio facit, quod voluntas libera indifferentiam suam nequeat per actionem suam transferre ad determinationem: ergo facit, quod non se determinet. maior ex terminis liquet; quin etiam in ipso Deo patet: nam quod Deus indifferentiam voluntatis creatæ determinet, nihil est aliud, nisi quod indifferentiam talis voluntatis Deus per actionem suam, vel qualitatem determinativam transferat ad determinationem. minorem Probo: nam phisica prædeterminatio facit, quod ante actionem voluntatis liberæ indifferentia ipsius voluntatis prædeterminatione translata ad determinationem: ergo non relinquit voluntati indifferentiam, quam ipsa transferat ad determinationem. Transferet ne quod iam supponit translatum, et positum in termino determinationis? determinabit ne indifferentiam suam, quam iam supponit efficaciter determinatam? actum equidem ageret, et quidem impossibile ageret.

Definio, et explico: nomine phisicæ 260
prædetermi-

prædeterminatione voluntas libera determinaret indifferentiam suam, vel determinaret illam ut indifferentem, vel ut determinatam: sed neutro modo determinat: ergo. Minorem probo: quia non determinat indifferentiam suam ut indifferentem; siquidem illam non inuenit proxime indifferentem, sed efficaciter prædeterminatum. Rursus non determinat indifferentiam suam ut iam determinatam; tum quia determinationis determinatio non datur, sicut neque actionis actio, neque vnionis vnio distincta: tum quia si indifferentiæ suæ ut iam ante determinatæ determinaret libere voluntas, voluntas Beati se iam determinatam per visionem Beatificam determinaret libere ad amandum: indifferentia igitur voluntatis ut iam determinata non est iterum determinabilis libere ad eundem actum.

261 — Probatur secunda propositio probanda. eo ipso quod voluntas libera non se determinat ad operandum, quando operatur, operatur modo conuenienti potentiæ naturali: sed quando operatur modo conuenienti potentiæ naturali, non operatur ut libera; alioquin operaretur ut conueniens, et ut non conueniens cum potentia naturali: ergo eo ipso, quod voluntas libera non se determinet ad operandum, non operatur ut libera. Maiorem probo: nam eo ipso, quod voluntas libera non se determinet ad operandum quando operatur, operatur præcise ut determinabilis, et determinata ab alio; sed quod operetur præcise ut determinabilis, et determinata ab alio, est conceptus conueniens potentiæ naturali: conuenit enim intellectui, potentiæ locomotiuæ, igni, lapidi, aliisque potentiis naturalis; quin etiam nulla deffendi potest libertas in hoc præcise, quod mere passiue se habet respectu determinationis.

262 — Probatur ex Diuo Thoma assignante hoc ipsum discrimen inter causam liberam, et

